

tionem, sive Legata, ut supra solvere, vel illas, seu illa non solventibus, tunc & eo casu lapsis duobus annis a die obitus Testatorum, si fuerit maturatum Legatum vel a die maturata; illius solutionis eadem fabrica & illius Commissarii & Ministri id totum, quod solutum non fuerit pro præterito pro rata tamen, in qua fuerit, ut supra elapsum biennium vel ultra possit & valeat, annuas præstationes hujusmodi exigere; exigique facere ad sui beneficium, juxta suas facultates & Privilegia; salvo semper capitali, seu proprietate ut supra ad effectum, quod heredes vel debitores (dummodo de eis per Romanum Pontificem pro tempore existentem aliter non fuerit dispositum nec prædicta Legata in alios usus ejus autoritate applicata fuerint vel applicari contigerit) possint si velint, quandocumque futuris temporibus & sic deinceps in perpetuum dare dictis fratribus, dicta annua Legata in elemosinam, ut supra, nec fabrica eisdem heredes vel debitores molestare possit & voleat toties & quoties casus contigerit, nisi pro præterito, & tunc in illis terminis tantum, post quorum maturacionem fuerit elapsum biennium vel ultra, ut supra; salva semper erectione Beneficiorum & applicatione Legatorum, seu quorumcumque bonorum & reddituum ac Jurium ejusdem Beneficiorum, seu alius usus piis autoritate Apostolica facta vel in posterum quandocumque & quomodocumque faciendi; & executione litterarum Apostolicarum deluper expeditarum seu expediendarum; Ita ut præfata decreta ad illas nequaquam se extendant, sed illæ semper firmæ & illæ remaneant, ac suos plenarios & integros effectus foris debeant ita quod neque Fabrica, neque heredes vel Debitores præfati, ullo modo illas impedire retractare vel controversere valeant & salvis semper Sedis Apostolicæ autoritate ac fa-

cultatibus competens dictæ Sacre Congregationi Ven. Fabricæ.

Prohibuit tamen eadem Sacra Congregatio Fratribus supra dictis sub pena excommunicationis ipso facto incurrenda ne audeant, seu presumant, nec quilibet eorum audeat seu presumat per se nec per alios Suidicos, Ministros, seu Procuratores tam seculares, quam Regulares dictas annuas præstationes seu Legata, nec judicialiter tam coram quocumque Judge Ecclesiastico, quam seculari Ordinario vel delegato, nec aliis nisi juxta formam dicti Decreti Congregationis Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Ciimontane familie à Sanctissimo Domino Nostro deputata ab hæredibus seu quibusvis aliis eorum Debituribus petere, minime dd. heredibus, seu Debituribus facere aliquas receptas pro dd. annuis præstationibus nisi pro rata, & pecunia, seu elemosinis supra dictis cum effectu, ac verè & realiter eidem fratribus data vel soluta, seu datis vel solutis, nec sub alia data, nisi sub ea, quia vere fuerit iisdem Patribus, aut aliis pro eis facta realis satisfactio, & insuper ne Provisor Apostolicus pro tempore de Beneficiis quibus Legata supra dicta fuerint applicata vel eorum Procuratores & ministros super erectione dd. Legatorum directè vel indirectè impedire vel molestare quovis quæsitio colore vel prætextu audeant vel præsumant. In quorum fidem, &c. Dato Romæ ex Collegio ejusdem Sacre Congregationis die 14. Februarii 1693.

Dominus Card.

Loco † Sigilli.



DE NOVI OPERIS NUNTIATIONE.

Innocentius III. Cantuarien. Archiepiscopo.

CAPUT II.

Cum ex injuncto: & infra. Fraternitati tuæ mandamus, quatenus quidquid ædificatum est in Ecclesia de Lamech, post novi operis nuntiationem, expensis tuis facias penitus demoliri, eo non obitante, si etiam absens extiteris: cum tantum sit legitima sanctio, ut si is, cui opus novum fuerat nuntiatum, ante remissionem ædificaverit, deinde agere cæperit jus sibi esse, ita ædificatum habere, sibi debeat actio denegari: reducens prorsus in irritum, quidquid de instituendis ibi Canonis, & aliis ad ipsam Ecclesiam pertinentibus, à te vel prædecessore tuo cognoscitur ordinatum, eorum redditibus ad statum pristinum revocatis: quos ab obligatione præstiti juramenti, pro eo quod ibidem instaurati fuerunt, autoritate nostra, per te denunciari præcipimus absolutos: cum enim amodò non teneat principale, quidquid ex eo, vel ob id securum est, sub præmissa dilictione decernimus irritandum: & infra. Super eo quoque non sufficimus admirari, quod cum viri religiosi Monachi Cantuarien. qui omnia dimiserunt pro Christo, tot laboribus, & periculis personas & res non dubitaverunt frequenter exponere, (quod non fecissent, nisi cognoscerent præmissa respicere in grave Cantuarien. Ecclesiæ detrimentum) tunc saltem pro vitando tam gravi scandalo proximorum, ab hujusmodi etiam tibi prohibitis non cessasti: cum sacre Scripturæ testimonio debueras didicisse, quod licet opera illa, quæ sine mortali peccato omitti non possunt, non sunt pro vitando scandalo dimittenda; nec ea debeant pro scandalo vitando committi, quæ sine mortali peccato committi non possunt; ab his tamen, quæ sine mortali peccato committi possunt pariter & dimitti, sit pro scandalo tollendo cessandum, & eis tamen pro vitando scandalo insistentibus; undè Apostolus: Si scandalizatur frater, non comedam carnes in æternum. Et Dominus in Evangelio contra eos, qui scandali præstant materiam:

Væ (inquit) homini illi, per quem scandalum venit, &c. Et licet majorum scandalum sit vitandum, vitandum est etiam scandalum pusillorum, juxta testimonium veritatis: Qui scandalizaverit (inquit) unum de pusillis istis, qui in me credunt, &c. Finis ergo his taliter à te imponatur, quod præteritæ contra dictionis rebellio, per virtutem sequentis obedientiæ valeat expiari.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia edificata post mutationem novi operis destrueda est expensis constructis.
2 Edificata post mutationem novi operis non sufficit, ut patientiam præstet operis demolendi, sed edificium ejus sumptibus est demolendum.
3 Et quid si nuntiatio facta fuerit prædecessori edificantis & num. seqq.
4 Interdictum demolitorium novi operis datur heredi & in heredem etiam post annum.
5 Et transit in singularem successorem etiam dignitatis n. 8.
6 Datur tamen ad patientiam; sed non ad impensam.
7 Nisi successor ratum habeat edificium captum vel edificet, & num. 8.
8 Scandali in materia que regulari sint observanda.
9 Destructa Ecclesia vel loco propter aliquorum delictum, nullas debet vocari Clericus illius Ecclesiæ vel munitur ex illius loci.
10 Scelus si destruantur ab hostibus, quia omnia privilegio retinet, n. 12.
11 Item si destruantur terra motu, n. 13.
12 Et idem si in alium locum transferantur vel utantur n. 14.
13 Quod locum habet etiam in civitatibus & aliis locis prophanis, n. 15.
14 Reaedificatum autoritate Superioris recuperat omnia privilegia.
15 Capitulum Cathedralis Ecclesiæ an & quando ab Episcopo vel alius Canonici ad alium locum intra vel extra Diocesim transferri possit, late discutitur, ut n. seq. usque in fin.
16 Quid de jure communi, n. 17.
17 Et quid ex Bulla Clem. VI. n. 39.
18 Capitulum celebrari debet in Ecclesia & loco ad hoc determinato.
19 Nec Episcopus potest domi sue illud convocare, sed ad aulam Capitularem, ubi antea solitum fuit convenire.
20 Electio quamvis fieri debeat in Ecclesia, tamen si fiat alibi, non propter hoc est nulla, nec annullanda, & num. seqq.
21 Locus non est de substantia electionis.
22 Capitulum cum non potest tunc convenire in Ecclesia vel loco Capitulari ad alium locum transferri potest.
23 Et iuxta causam transferendi est repulsio Episcopi ab ingressu in civitatem, num. 23.
24 Universitas congregari solet in loco publico & solito, nisi hic non possit congregari propter bellum vel aliud impedimentum.
25 Episcopus & Canonici sunt unum Corpus.
26 Nec debet Episcopus in negotiis Ecclesiæ omnes membris aliarum confisio uti.
27 Episcopus potest Capitulum convocare si aliquid Canonici ad deliberandum proponat, nec de re ad suum vel suorum commodum spectante agatur.
28 Nec ad id admittitur Vicarius Episcopi si Capitulum sit exemptum.
29 Executor, cui aliquid certo loco expediendum committi-

- etur, sed ad ei loco serviri non possit, extra locum poterit expedire.
20 Episcopi expulsi possunt omnimodam jurisdictionem exercere in aliena Diocesi petita, licet non obtenta licentia à Diocesani locorum.
21 Et dicuntur expulsi etiam non admissi.
22 Jurisdictione concessa censentur concessa omnia sine quibus jurisdictione explicari non potest, & num. 33.
23 Episcopus qua negotia expedire non possit sine consensu, vel concilio capituli.
24 Capitulum est Senatus Ecclesiæ.
25 Canonici præsentem in Ecclesia à tyranno occupata pro negotiis communibus tenentur ire ad Canonicos forissecos etiam pastores, & quando secus, & numero 35. & 36.
26 Et quid in absentibus ob privatas inimicitias.
27 Inimicus se credere nemo tenetur etiam cum litteris conductus & asserationis.
28 Rebelles dicuntur qui Principem, vel ejus Nuntium volentem ingredi civitatem non admittunt.
29 Rebellio an committatur tantum contra Imperatorem, & ejus officiales, an verò etiam contra Reges, & Principes non recognoscentes superiorem.
30 Rebellis dicitur qui de facto resistit superiori, vel jurisdictioni.
31 Et omnis existens in protervia & notoria inobedientia.
32 Declaratoria super facto rebellionis non requiritur quando de illa incidenter agitur.
33 Nec quando rebellio est taliter notoria, ut nulla possit tergiversatione celari aut defendi.
34 Notoria delinquentes etiam si notorium sit facti transiens, audiendi non sunt appellantes, ibid.
35 Rebellis notorius dicitur vassallus, qui se tuetur contra Dominum, & non vult eum admittere in Castrum.
36 Citatio non est necessaria ubi certum est absenti nullum jus competere.
37 Ad Capitulum constituendum regulariter non sufficit major pars, sed requiritur, ut dua tertia partes sint præsentem.
38 Declaratur.
39 Universitatis pars minor instante termino ad expeditionem actus præfixo, potest convocare majorem, & eo accedere renuente, actum explicare.
40 Capitulares actus ex contemptu aliquorum non sunt nulli, sed nec etiam debent cessari, nisi ipsi prosequantibus contemptum.
41 Absentes non sunt vocandi, in tribus casibus, hic expressis, & in aliis consimilibus, & multum arduis.
42 Et an sint citandi absentes extra provinciam.
43 De quam longinquo loco sine vocandi, statum consuetudini.
44 Bulla Clementis VI. super translatione Capituli Leodiensis ex causa rebellionis contra Episcopum refertur.
45 Confirmatio Apostolica translationis Capituli Leodiensis.

Cum ex injuncto. Etiam Ecclesia edificata post nuntiationem novi operis, destruenda est expensis constructis. Hoc dicit cum capite præcedenti. Dividitur in tres partes. In prima jubet opus demoliri & irritat quidquid ex illo securum fuit. In secunda redarguit Archiepiscopum qui non curavit scandalum subditorum hinc super eo. In tertia hortatur eum ut patet hic finis.

ead. ratio est, quia successit in vitium prædecessoris, c. quia, supra de jud. & est simile in spolio quod transit an quocumque successores ad quos res ipsa pervenit cum sua causa; & sic cum vitio spoliationis, glof. 1. & communiter scribentes in c. Sape de reb. spol. ut licet per Ripam n. 19. Seraph. dec. 6. 1262. n. 1. Gregor. XV. dec. 542. n. 3. & quavis regulariter interdictum demolitorium contra successorem datur ad patientiam, non autem ad impensam, quia successor vel heredes in penam non succedit, ut l. penult. ff. de nov. oper. nunt. Tamen hoc fallit si successor ratum habeat edificium captum vel edificet, ut in d. §. Hoc interdictum & in l. 7. ff. eod. hoc enim casu interdictum quoad omnes effectus traivit in successorem etiam dignitatis; & ita intelligit hoc caput cum glossa 1. ut notat glossa marginal. post Host. in princ. in ver. Expensis tuis. Joan. And. n. 17. Bar. n. 7. & Abb. n. 8. Secundo nota ex textu quatuor regulas in materia scandali. Prima est, pro scandalo vitando omittenda non sunt que sine mortali peccato omitti non possunt, ut baptizari, horas dicere & patientiam accipere; & hac colligitur hic quod licet.



DE PRIVILEGIIS, ET EXCESSIBUS

Privilegiatorum.

Leo Papa.

CAPUT I.

Episcopalia gubernacula, non nisi majoribus populis & frequentioribus civitatibus praeferre oportet: nec honor, cui debent excellentiora committi, sui numerofitate vifceat.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopalis Dignitas non debet tribui nisi locis insignibus & populosis & n. 23. & seq.
2 Civitates majores duntaxat privilegio Episcopatus sunt honoranda & n. 6. & seq.
3 Adesse Civitati requiritur Episcopus & n. seqq. usque ad num. 18.
4 Episcopalis Dignitas post Christi Adventum instituta.
5 Civitates erant ante Adventum Christi.
6 Comparativum supponit positivum, licet improprè aliquando ponatur pro positivo.
7 Episcopi non in Castellis & modicis Civitatibus debent constitui.
8 Magis & minus non faciunt rem differre specie.
9 Civitas qua proprium necavit Episcopum, perpetuo privat Dignitate Episcopali, non tamen definit esse Civitas.
10 Saraceni habent Civitates & non habent Episcopos nisi forte abfiver.
11 Episcopus potest esse sine Civitate.
12 Princeps potest facere Civitatem & tamen non potest facere Episcopum nec Sedem Episcopalem creare.
13 Civitas in Italia ex communi interpretatione appellatur illa tantum qua habet Episcopum, sed Ultramontani hoc non recipiunt.
14 Papa erigit Civitatem & dat Episcopum unico contextu.
15 Et concedit pro maximo dono hanc Dignitatem.
16 Regressiva concessa contra Cives Tuscos non afficiunt Pratesi.
17 Civitas an erigi possit à populo sine Principis autoritate.
18 Muros municipales nec reficere licet sine autoritate Principis vel Praefidis.
19 Civitas dicitur, civium unitas.
20 Structura autem murorum non dicitur civitas, sed urbi.
21 Civitas est multitudo hominum societatis vinculo adunata.
22 Episcopalis dignitas sui numerofitate vifceat.
23 Multitudo numerosa nihil habet honestum.
24 Episcopi dicuntur Sanctissimi, Christi legati & columna Ecclesia.
25 Item Beatissimi ac Serenissimi & Principes terra.
26 Episcopatus dicitur excellentia dignitas.
27 Item culmen dignitatis.
28 Episcopalis sublimitas quanta sit.
29 Locus aut divitiarum potentia vel paupertatis humilitas Episcopum subliorem vel inferiorem non faciunt.
30 Declaratur & num. 33.
31 Vestis vilis & pretiosus effectus & refertur eujusdam Theologi argutio.
32 Episcoporum titularium creatis quibus rationibus improbetur, & n. seq. & n. 47. & 53.
33 Episcopi titulares serenitatem Pontificalis obnubilant dignitatis.
34 Quarunt Vicarias Episcoporum, maxime habentium amplas Dioceses.
35 Adhaerent Principibus qui honoris causa quarunt habere Capellanos Episcopos, ibid.
36 Perè vagabundi sunt & permanentem sedem non habent. Quasi Episcopalem Cathedralium eligunt in locis nullius Diocesis, ibid. & n. 52.
37 Episcopus Titularis an sit creandus pro Pontificalibus exercendis in nonnullis oppidis militarium nullius Diocesis & n. seqq. usque in fin.
38 Episcoporum titularium origo.
39 Cardinare quid importet.
40 Episcopi titulares ex Concilio Lateranensi novissimo constituti possunt Suffraganei in Ecclesiis Cardinalium Episcoporum, & n. 44.
41 Et quid ex decreto Pii V. num. 48.
42 Coepiscopi & eorum officium.
43 Ordo ipsorum ab Ecclesia reprobatur.
44 Episcopus titularis absque argenti necessitate creari non debet & n. 53.
45 Eriam mortuo Episcopo ad infidelibus expulso. Et hic abusus maxime viget in Reipublicis, & tur.
46 Et quando creandus & quibus conditionibus ex decreto Pii V.
47 Episcopi titulares & suffraganei dos quanta & qualis esse debet.
48 Pontificalia exercere non potest nisi in Diocesi cui datus est Suffraganeus & n. 54. & 55.
49 Creari non debet Episcopus titularis, ut sit Coadjutor Archiepiscopi Arborensis absentis propter infirmitatem, & capitales inimicitias.
50 Episcopi titulares ea qua sunt ordinis exercentes in locis nullius Diocesis sunt suspensi per annum ab exercitio Pontificalium.
51 Proposito Ecclesia Tunisen. facta in Consistorio à Cardinali Parocho pro exercendis Pontificalibus in loci Ordinis S. Jacobi de Spaha.
52 Tunisen. Ecclesia est suffraganea Ecclesiae Carthagenensis.
53 Episcopum titularem an deceat subesse inferiori Pralato & num. 60. & 61.
54 Suffraganeus non datur Ecclesiae, nec populo, sed Episcopo per cuius obitum expirat Suffraganeatus, & n. 59.
55 Suffraganeatus non est titulus perpetuus.
56 Episcopum Titularem non deceat esse Suffraganeum inferiori Pralato.
57 Episcopi Titulares sunt veri Episcopi.
58 Episcopi vicinior non potest ordinem conferre, aut Pontificalia exercere in locis nullius Diocesis sine Ordinaris licentia, sed subditos ditionum locorum debet ordinare in sua Diocesi, aut eis dimissorias concedere.
59 Episcopalia

- 1 Episcopalia: Episcopalis dignitas non debet tribui nisi locis insignibus & populosis. Hoc statuit secundum Joannem Andream vel aliter, majores Civitates duntaxat privilegio Episcopatus sunt honoranda. Hoc dicit secundum Card. Abb. & Mar. Soc. Primò ponit dictum. Secundò rationem hic Ne honor.
2 Nota primò hic frequentioribus Civitatibus, textum optimum, quò adesse Civitatis non requiritur Episcopus; potest enim esse Civitas, etiam si Episcopus non habeat. Card. Abb. & Mar. Soc. hic omnes in 1. not. Joan. And. in c. si Civitas n. 1. & in glossa ordinaria post eum de sent. excom. lib. 2. Bartol. in l. 1. n. 3. verè Undè possibile est esse Civitatem, licet non habeat Episcopum, c. De Metropol. lib. 1. plenè Bald. in l. si aliquam, n. 2. de offic. Proconsul. & hæc opinio communiter approbatur, ut ait Dec. hic n. 8. quæ indubitanter procedebat ante Adventum Christi, nam quia tunc non erat Dignitas Episcopalis, quippe quæ post Christi Adventum fuit instituta, cap. 1. & 2. dist. 2. & tamen erant constitutæ Civitates & Provincie, ut c. Urbes & c. In illis 80. dist. & scripsi plenius in cap. Nullus, numero 13. supra de Paroch.
3 Sed nihilominus etiam inspecto tempore post legem Evangelicam verius videtur ad essentiam Civitatis non requiri Episcopum. Ad quod primò facit optimè iste textus dupliciter eum inducendo. Primò, quia dicit frequentioribus tantum Civitatibus Episcopos esse praeficiendos. Sunt enim Civitates minus frequentes quæ careant Episcopo, ut arguunt Card. & Abb. hic in 1. not. nam comparativum illud supponit positivum.
4 Ubi autem non oportet in princ. ff. de verb. oblig. & quamvis Decius hic n. 2. dicat comparativum saepe numero poni pro positivo, ut notatur in l. Benignus, ff. de legibus & per Abb. in c. cum dilectus in 4. not. de iis que vi met. caus. tamen hoc fit contra proprietatem verborum à qua in dubio non est recedendum; l. Non aliter, ff. de legat. 3. Deindè quia dum textus dicit Civitatibus, utique appellat Civitates antequam non habeant Episcopum, ut hic per Marianum Sacinum. numero secundus; & concordat cap. 1. §. Inter Episcopos 68. dist. ubi habetur quòd Episcopi non nisi in Civitatibus ordinantur, ergo erat Civitas ante Ordinationem Episcopi.
5 Secundò pro hac opinione adducitur textus in cap. Episcopi dist. ubi dicitur Episcopos non in castellis, sed modicis Civitatibus atque villis debere constitui, aut Presbiteros per castella & modicas Civitates atque villas debere ab Episcopis ordinari & poni, ergo modica Civitas Episcopum habere non potest & tamen hic Civitas appellatur; & quamvis dicatur modica, nihilominus Civitas est, quia magis & minus non faciunt rem differre specie, l. fin. ff. de fund. instruct. l. hominem C. de int. ff. nupt. Bart. in tract. de abovo, verè quòd ff. n. 2.
6 Tertio ad idem adducitur c. Ita nos 15. q. 2. ubi Civitas quæ proprium necavit Episcopum perpetuo privat dignitate Episcopali; & tamen per hoc non desinit esse Civitas, ut probant hæc verba hæc ff. reperta Civitas & tenet Dec. hic n. 9. & ante eum Bart. in d. l. 1. n. 3. in fin. C. de Metropol. lib. 1. dicens non esse bonam consequentiam: Pa à privat Civitatem Episcopo, ergo desinit esse Civitas; & Bald. in d. l. si aliquam n. 2. verè. Item si Civitas ff. de off. Proconsul.
7 Quarto ad hoc induci possent cap. Pastoralis 7. q. 1. ubi Gregorius transtulit Episcopum Lustranæ Civitatis ab hostibus captivitate ad Ecclesiam Scallitanam; & in fine ait: sin autem præscripta Civitas continet captivitate calamitate præmittitur in hac in qua incardinatus es, debet Ecclesia permanere; & sic illa remanet Civitas, licet Episcopo in perpetuum esset carituta.
8 Item Saraceni habent Civitates & Episcopos, nisi forte abfiver, ut inquit Baldus in d. l. si aliquam n. 2. verè. Item Saraceni, neque obitat quòd habeant Episcopos habitu, quæ quando spes nulla subest, ut habitus reductur ad actum, ut in terminis d. c. Pastoralis in fin. tunc Ecclesia regulatur ac si neque acta neque habitus esset curata, ut plenè notavi in c. Extirpanda, §. Qui verò, num. quadragesimo octavo de præband.
9 Quòd, ad idem sic potest argui: Episcopus potest esse sine Civitate, ut patet in Episcopo Lunensi & Fesulano, secundum Bald. ubi supra, verè. Item è contra, ergo si Civitas potest esse sine Episcopo, quia essentia Civitatis distincta est ab essentia Episcopi: quamvis dignitas Episcopalis accidentiter sit Civitati annexa, ut ratiocinatur Decius hic numero decimo. Item nihil habet commune jurisdictione temporalis cum spirituali, ut capite Perenni, centesimà primà distinctione.
10 Item ultimò aliis omisiss, hæc conclusio probari videtur ratione invincibili, nam Princeps utique potest Civitatem constituit, l. 1. C. de Metropol. lib. 1. & hic notat Bart. n. 3. & ante eum Innoc. c. cum ab Ecclesiarum n. 2. supra de off. Ordin. & tamen non potest facere Episcopum, cap. Fagnan. in V. Lib. Decretal.

Nullus & c. Adrianus cum pluribus seq. 63. dist. nec Sedem Episcopalem creare, Bald. in d. l. si aliquam n. 2. verè. Item licet ergo etiam hodie potest esse Civitas sine Episcopo & ita videtur concludendum de jure, licet glossa in cap. Provincia in verbo Comitibus, nonagimà nonà distinctione, dixerit Comitatum dici districtum alicujus Civitatis ubi est Episcopus. Sed hodiè ex communi interpretatione in Italia receptum est, ut sola illa appelletur Civitas quæ habet Episcopum, sed Ultramontani & maxime Theutonici hoc non recipiunt, ut notat Joannes Andreas in c. si Civitas in 1. de sent. excom. lib. 6. Abb. hic in 1. not. Mar. Soc. n. 3. & Dec. num. 15. Bart. in Extravaganti Qui sunt rebelles in verbo Lombardise & in tractatu de insula in 14. figur. & in l. fin. col. 2. ff. de colleg. illicito & in l. 2 n. 7. verè. Et dicit Innoc. ff. de ver. significatione. Porro si horum interpretationi valde suffragatur quòd Papa unico contextu erigit Civitates & dat Episcopum per hæc vel similia verba Oppidum N. in Civitatem, Ecclesiam verò in Cathedralium pro uno Episcopo & c. Erigimus & instituimus, ut patet in Oppidis Lauretan. Montis Alti, Sancti Severini & Tolentini à Sixto V. in Civitates erectis, Bullar. rom. 2. p. 5. 8. 558. 559. & 564. facit Extravag. Salsator, §. Volentes de præb. inter communes hic: Quarum villa, quarum quamlibet in Civitatem erigimus & Civitatis vocabulo insignimus, juncto verè. fiat de cetero & habeantur perpetuo Ecclesie Cathedralis. Item ut Bald. inquit in d. l. si aliquam, n. 2. ff. de off. Proconsul. inquit in d. l. si aliquam, n. 2. ff. de off. Proconsul. secundum utum loquendi communem, Oppida quæ nunquam habuerunt Episcopum non dicuntur Civitates per excellentiam, dicitur etiam signum positivum excellentiæ habere Episcopalem Sedem; & Apollonius pro maximo dono concedit Oppidum hanc dignitatem, ut Papa Urbanus V. Montis Fiacconi quod de Oppido simplici in Civitatem erexit. Et ex hoc inferat ad questionem, ut si sunt repræsentati contra omnes Cives Tuscos, non intelligantur nati de Oppido Pratesi vel Sancti Miniati, quia non habent Episcopos; & sequitur Decius hic num. 16. Oppidum Sancti Miniati hodiè est Civitas Episcopalis. An autem erectio Civitatis fieri possit à populo sine Principis autoritate, sunt opinioniones Bartol. in l. 1. in princ. ff. quòd enjove univers. nomin. tenet ad hoc non requiri autoritatem Principis, sed ipsam gentem per se posse Civitatem facere, cum hoc sit permillum de jure Gentium, l. Ex hoc jure, hic Regna condita, adficia collocata, ff. de just. & jur. & dictum Bartoli fortè est verius, ut dicit Abbas hic n. 2. in fin. sed oppositum tenet Innoc. in c. cum ab Ecclesiarum n. 1. verè. Et intellige de off. Ordin. ubi concludit ad esse Civitatis requiri licentiam Principis. Pro concessa plerique distinguunt sic. Aut queritur an populus possit sine Principis licentia Civitatem materialiter edificare & dicendam esse posse quia facultas edificandi competit de jure communi, ut d. l. Ex hoc jure, l. Provincias, C. de adif. privar. & in hoc casu procedit prima opinio Bartoli. Aut queritur an populus possit erigere Civitatem formaliter, id est quantum ad hoc ut habeat jurisdictionem & jura Civitatis; & tenendum est non posse, sed necessariam esse Principis autoritatem; & in hoc secundo membro intelligitur Innoc. prout eum declarat Bald. in d. c. cum ab Ecclesiarum, col. 2. verè. Quero undè cum Innoc. de off. Ordin. & d. l. 1. in princ. ff. Quòd cuiusque univers. nomin. & implemet Bart. in l. fin. n. 5. verè. Et ista vera quantum ad hoc ff. de colleg. illicit. Paulus de Castro in d. l. ex hoc jure col. 8. & sequitur Dec. hic n. 19. & 20. Alex. conf. 24. in princ. col. 5. Hieronimus de Monte in tract. ultimo Regular. c. 11. n. 4. & 5. Brun. conf. 47. n. 2. & conf. 54. n. 6. & pro hac secunda opinione videtur textus in l. In tantum, §. in aliis in l. Sacra, §. Muros, ff. de rer. div. s. ubi dicitur: Muros autem municipales nec reficere licet sine Principis vel Praefidis autoritate; & quamvis populus possit muros materialiter edificare, nullo tamen modo per hoc dici potest facere Civitatem, quia Civitas dicitur Civium unitas: unde edificium & structure murorum non dicitur Civitas, sed Urbs, glossa in d. c. si Civitas post casum, de sent. excom. lib. 6. & in l. idor. in lib. 5. atimol. ubi ait Civitatem non facta, sed habitatores vocati; & Civitatem definit esse multitudinem hominum societatis vinculo adunatam ad simul jure vivendum, refert Archidiaconus in capite Statutum numero quarto de rescript. lib. 6. & Joannes Andreas in dicto capite si Civitas, num. 1. ubi etiam alias definitiones recenset. Secundo nota ex textu, dignitatem Episcopalem non esse constitutendam in villis vel castellis, sed tantum in locis insignibus & populosis; & ita hic est casus secundum Joannem Andream & in alios in sumario textus, Card. in clem. In plerisque in 3. q. n. 6. de elect. Rationem habes in littera, vide licet, Ne honor cui debent excellentiora committi, sui numerofitate vifceat, conserit textus in c. Praecipimus, 16. q. 1. in his verbis ubi multitudo exerevit fidelium ex vigore Apostolica Sedis debet ordinare Episcopos, pñ tamen contemplat.

in potestate & notoria inobedientia. Sequitur Natta conf. 580. n. 18.

44 Rursus obitare non videtur quod procedere debeat declaratoria super facto rebellionis, cap. Cum secundum leges de haret. lib. 6. Boliu in prax. crimina. in tit. de crim. Lsf. Majest. n. 75. Nam dicebatur hoc casu non agi de rebellionis princip. lter ad effectum imponendi poenam ordinariam, sed incidere ad effectum translationis Capituli; unde declaratoria, & pronunciatio super facto rebellionis non videtur necessaria, sed satis est, ut de eo quomodo conliet, nam de incidenti Judex tantum cognoscit & super questione principali pronunciat, l. i. Cod. de ordi. judic. cap. i. supra de ord. cogn. & est communis opinio, ut hic attestatur Imol. n. 6. vers. Sed an sit necesse, & Abbas n. 11. vers. Et ista due solutiones.

45 Præterea quando rebellio aut inobedientia est taliter notoria, ut nulla possit tergiverfatione celari, aut defendi: nec sententia declaratoria, nec citatio requiritur, ut in terminis respondit Socin. sen. conf. 4. Super questione, n. 24. vers. Nec habet obflare, & consil. 87. Viji investitura feudis, n. 22. vers. Sexto quatenus, lib. 3. Paris. conf. 1. Vija subjeris, n. 39. vol. 1. Decian. conf. 18. Ex prædictis, n. 351. lib. 1. Nec notorie delinquentes etiam notorium facti transeuntis, audiendi sunt appellantes, ut videtur tenere Innocen. in cap. Tua nos, n. 4. de cohabitacione Cler. & mulier. alleg. 3. Sunt, a. quæst. 6. cap. Cum sit Romana, n. 351. lib. 1. Nec notorie delinquentes etiam notorium facti transeuntis, audiendi sunt appellantes, ut videtur tenere Innocen. in cap. Tua nos, n. 4. de cohabitacione Cler. & mulier. alleg. 3. Sunt, a. quæst. 6. cap. Cum sit Romana, n. 351. lib. 1. Nec notorie delinquentes etiam notorium facti transeuntis, audiendi sunt appellantes, ut videtur tenere Innocen. in cap. Tua nos, n. 4. de cohabitacione Cler. & mulier. alleg. 3. Sunt, a. quæst. 6. cap. Cum sit Romana, n. 351. lib. 1.

46 §. ut. & cap. Præpositus de appellat. Quod autem vassallus qui fe tuerat contra Dominum, & non vult eum admittere in caltrum & dicitur rebellis notorius, tenet in specie Andr. de Item. in §. Sancimus, n. 3. in quo temp. Mil. in usib. feud. quem sequitur Boli. in præd. crim. Sub. titulo quomodo procedatur in crimine notorio, n. 16. & Decian. ubi supra. Porro Conules & civitas Leodiensis suis litteris ad Sanctissimum exaratis faterentur Episcopum visum non esse, nisi prius omni adhibita cautela in urbem admittendum. Ubi verò certum est absentem nullum jus competere, citatio non est necessaria, ut notat gloss. communiter approbata in cap. Cum olim, in verb. Licet abjasti, quam pluribus exornat Felin. n. 11. de re judic. Hostien. Joan. Andr. & DD. in cap. Reprehensibilis, de appell. Abb. in cap. Ex infirmatione, circa fin. eod. tit. Socin. sen. conf. 4. n. 25. lib. 3. Curt. senior. conf. 20. sup. numero, n. 17.

Secunda itidem conditio requisita ex Bulla Clementis VI. nempe consensus Capituli, dicitur verificata, quia sexdecim Canonici Capitulares in Oppido Huensi congregati consenserunt translationi Capituli & non nisi tredecim, qui una cum Decano remanserunt Leodi cam impugnant.

48 Neque obicit, quod ad Capitulum constituendum major pars non sufficiat, sed requiratur ut duæ tertie partes sint presentes, l. Plane, ff. Quod cuiusque universi. nomin. & l. i. Nominatum, Cod. de Decurion. lib. 10. & ex his duabus partibus debeat ad minus consentire major pars; & ita intelligenda sint jura in l. Quod major, ff. Ad municip. & in c. i. supra de his que sunt ad major. part. Capitul. cum siml. secundum opinionem Legistarum & Canonistarum, ut dicit Abb. in cap. Cum omnes n. 11. supra de Constitut. dixi in c. Cum omnes, n. 11. supra de Constit. dixi in c. Quia propter n. 21. de elect.

49 Nam respondetur in hac materia Canonistas communiter uti hac distinctione, videlicet aut est aliquis, ad quem spectat congregatio universalitatis, & tunc si ad mandatum illius non veniant omnes, possint venientes explicare actum, etiam si non interveniat major pars Collegii, quasi convocatio Superioris constituit non venientes in contumacia, privet illos iure suffragium ferendi, ut cap. Cum nobis, de elect. & hoc tenebat Jacob. Canonicus Bononiensis, ut refert Joan. Andr. in cap. In causis, num. 22. de elect. & Abb. in d. c. Cum omnes, n. 13. d. Constitut. Ponebat enim casum in universitate, in qua erant centum homines, & ex vocatis ab habente potestatem conveniant triginta & conclusio sua fuit, quod jus universalitatis residet in illis triginta. Aut non est hic aliquis, ad quem spectet Congregatio universalitatis; & tunc debent saltem intervenire duæ tertie partes & monere aliam tertiam, alia ipsa tertia pars possit agere de contemptu; & in hoc secundo membro procedit opinio Legistarum. Ita clarè distinguit Innocen hic n. 2. aie: (quando clerici dispersi sunt, ille qui est caput Capituli, live sit Præpositus, live alius, ad quem pertinet vocatio Capituli, illos vocat, cap. i. sup. de major. & obediens. dummodo sit in loco idoneo, ubi plures convenire possint; et si absentes non veniant, procedunt presentes. cap. Quod sicut & cap. Quia propter, supra de elect.) Si autem nullus est, ad quem pertinet ex officio alios vocare, tunc ad hoc ut teneat quod fit ab eis, oportet ut ad minus conveniant duæ partes illarum ad quos pertinet actum illum explicare & illi debent vocare alios qui commode possint vocari, quibus vocatis five venerint, five non

procedere ad periculis illum contra hunc, aut electio nem.) Hec Innocen. cum quo transeunt lib. H. l. n. 10. Joan. Andr. n. 6. Butr. num. 4. vers. Tertia questio, & reliqui omnes; & hanc opinionem Canonistarum putat esse veriorum Abb. in d. c. Cum omnes n. 13. de Constitut. & eam sequitur hic Felin. n. 4. 34. vers. Prima est, Franc. Marc. de off. 24. n. 6. part. 1. Put. de off. 283. lib. 3. in novis, Rota in Paduana Seditione, 28. Aprilis 1617. coram Cardinali Sacro. Hoc tamen secundum membrum limitat Abb. ubi supra, nisi instaret finis termino ad expeditionem actus preñi universitati, quia tunc minor pars possit vocare majorem, eaque accedere renuente, liceret minori parti actum explicare; non enim debet privari iure suo propter contemptum majoris partis, ut notatur in cap. In causis & in c. Cum nobis, de elect.

In casu autem, de quo agitur, aderat Episcopus, ad quem de jure communi, & ex Concilio Tridentino spectabat Capitulum convocare; ut dicitur eum supra n. 26.

Adde quod in Bulla Clement. VI. expressè cautum est, ut jura quælibet Capitularia apud illos sint, & remaneant, qui in præmissis Episcopo obediens extiterint, etiam si fuerint numero pauciores.

Demum obitare non videtur, quod Canonici dispersi, & ab Ecclesia Cathedrali absentes non fuerint vocati, quoniam hoc non est de substantia; nam actus capitulares ex contemptu aliquorum non modo non sunt nulli ipso jure, sed nec debent cessari, nisi ipsi prosequentibus contemptum, ut cap. Quod sicut, & cap. Bona, si secundo, & cap. Ecclesia, l. secundo de elect. & tradunt in cap. Quia propter, eod. tit. Joan. Andr. n. 28. Card. n. 3. in 7. q. & Abb. n. 12. Quia imò nec vocari debent absentes, nisi in tribus casibus, videlicet in electione, ut in precatis iuribus, & in receptione Canoniarum, & præbendarum collatione, ut in cap. Cum in Ecclesia de præben. lib. 6. Nisi consuetudo sit in oppositum, ut hic, & in cessatione ad divinit, ut in cap. Quomodo, de offic. Ordin. eodem lib. & notat gloss. in c. 2. in ver. ipsorum, de testib. dicens absentes n. in esse vocandos nisi in tribus memoratis casibus, & eam glossam allegat totus mundus, ut dicit Abb. ibidem, & in cap. 1. n. 15. de his que sunt ad majori parte Capituli, post Innoc. & Butr. hic extendit gloss. ad omnes causas consimiles, & arduos, & dicit hoc sibi semper placuisse. Ideo tunc videtur quod proximo dixi videlicet, ex hoc capite non infringi actus Capitulares ubi nullus prosequitur contemptum, & nihilominus ex parte Episcopi dabatur etiam convocacione absentium.

Nec refert, quod non fuerint citati absentes extra provinciam: nam ut inquit Innocen. hic n. 2. post med. vers. Alias autem. Si Canonici in Lombardia pro majori parte morantes ad remotas partes Francie, vel Anglie vocarentur, non tenerent ire, quia mandatum est manifestè iniquum, arg. cap. Cum inter universos, supra de elect. Secus autem si dubitaretur, quia tunc semper obedire debent, cap. Quia ergo, n. 3. Verumtamen secundum Hostien hic n. 10. Si Ecclesia residentia ipsius indiget, tunc venire tenetur saltem si juravit. Idque fere servatur ubique de consuetudine generali, cap. Brevis, de iurjur. cap. Cum clericis, & cap. Veniens, de verb. significat. Quod etiam placuit Archiepiscopo. Sed de quam remoto loco absentes vocari debeant statuit consuetudini, ut notat gloss. in dict. cap. Quomodo, in verb. Evocandi, de offic. Ordinarii, lib. 6. Item gloss. pen. in d. cap. Cum in Ecclesia, de election. lib. que tamen subdit vocationem absentium non esse de substantialibus formæ.

Hoc negotio in pluribus Congregationibus plene discussio, tandem sub die 9. Junii 1649. fuit resolutum peritam confirmationem esse concedendam; & iterum 6. Septembris ejusdem anni Sacra Congregatio perlitit in decretis: & ita Sanctissimus confirmavit. Item videtur hoc pendere ex clausulis Bullæ Clementis VI. Cujus genorem libuit hic subnectere, cum non habeatur impressa in Bullario, & sit de materia gravi, & exemplari.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuum rei memoriam.

Ecclesie Ecclesiasticæ personis in earum potissimè tuitione & conservatione juriurum decet nos opportunè esse favoribus & petitiones eorum que nobis super his offeruntur, benignum & favorabilem præbere consensum, Sanè petitio Venerabilis Fratris nostri Engelberri Episcopi Leodiensis nuper exhibita continebat, quod dilecti filii Cives seu populares Civitatis Leodiensis eidem Episcopo & Ecclesie Leodiensi in Spiritualibus & temporalibus immediatè subjecti contra prædictum Episcopum & prædecessores suos Episcopos Leodienses qui fuerunt pro tempore, licet eorundem Civium

& popularium Dominos frequenter temerè procurante pacis amulo rebellant, ac in iuribus & jurisdictionibus aliisque bonis eorundem Episcoporum nec non prædictæ & aliarum Ecclesiarum ac dilectorum filiorum Cleri Leodiensis, damna gravis & multiplices ruitas irrogantur eidem; quodque, quia Cives & populares prædicti censuram Ecclesiasticam deducebant in his ut plurimum in contemptum Episcopi pro tempore Leodiensis existentis, ac dilecti filii majoris ac aliarum Collegiarum Ecclesiarum Leodiensis Capituli, relictâ ipsâ Civitate; quodque fe ad locum alium eis congruum & jura & jurisdictiones earundem Ecclesiarum ac bona ipsorum ac dd. Cleri possent protegere & conservare liberius ac tutius transulerunt. Cum autem sicut eadem petitio subungebat, præfati Cives seu populares translatione hujusmodi longè amplius quam censuram Ecclesiasticam pertimerent. Nos volentes de illo super hoc remedio per quod eorundem Civium seu popularium rebellio contereretur, ac Episcopus Capitula & Clerus præfati ad petitionem & conservationem juriurum & jurisdictionem Ecclesiarum bonorumque suorum prædictorum liberius intendere valeant; tutiusque vacare ejusdem Engelberri Episcopi supplicationibus inclinati sibi successoribusque suis Episcopis Leodiens. qui pro tempore fuerint quod majoris & aliarum Ecclesiarum Collegiarum Capitula, etiam si exemptos fore prætenderent dilectorum filiorum Præpositi & Archiepiscoporum ipsius majoris Ecclesie & omnium aliarum in dicta Civitate jurisdictionem Ecclesiasticam habentium Curias, de consensu Capituli ipsius Ecclesie Leodiensis ad alium idoneum tutiusque locum in Diocesi Leodiensi constitutum, de quo dicitur Episcopus & Capitulo expedire videbitur quoties & quando dicti Cives seu populares adversus eundem Engelberrium & successores suos Episcopos Leodienses prædictos rebellant transferendi & donec prædicti Cives seu populares ad debitam obedientiam Episcopi qui erit pro tempore & Ecclesie prædictæ reverti fuerint, ac de damnis & injuriis que dictis Episcopo, Capitulis, Præposito, Archiepiscopo, Clero intulerunt competeret satisfecerint remanenti etiam ipsi Capitulis, Præposito, Archiepiscopo & aliis Curiam habentibus, ut præfatur quam etiam generaliter Clero seculari Civitatis prædictæ exitum ad Civitatem Ecclesiasticam prædictam ac ad dictum locum accessum indicendi & præcipiendi: c. in his eidem Episcopis inobedientes necnon contradiçores quomodolibet & rebelles per censuram Ecclesiasticam & alia juris remedia appellatione postpositâ compendendi; ipsique translatis & exeuntibus ac ad dictum locum eis de prædictum accedentibus in eodem loco Divina Officia celebranda Capitulaque tenendi & actus Capitulares exercendi nec non fructus, redditus & proventus obventum & jura ac emolumenta quælibet alia Dignitatum, Personatum, Officiorum, Canoniarum & Præbendarum, ac aliorum Beneficiorum suorum Ecclesiasticorum quomodolibet etiam curam animarum habentium quæ in Ecclesia & Civitate prædictæ obtinent & in posterum obtinebunt cum ea integratè quæ qua eos perciperent si in eidem Ecclesiis personaliter residenter participandi ac solitis privilegiis, libertatibus & immunitatibus gaudendi eidem. Insuper Episcopo, Præposito, Archiepiscopo & aliis jurisdictionem Ecclesiasticam habentibus, ut præfatur hujusmodi eorum Curias in prædicto loco tenendi & in eis quancumque jurisdictionem sibi competentem exercendi & de causis quibuscumque ad hunc forum pertinentibus cognoscendi ipsique terminandi & decidendi ac censuram Ecclesiasticam exercendi ac quancumque sententias proferendi eaque debite executioni mandari ac suos subditos ad locum hujusmodi etiam invitari trahendi, aliisque omnia & singula faciendi, exequendi & libere exercendi quoad in loco prædicto ob rebellionis confessionem ac ad debitam obedientiam revertionis ac damnorum & injuriarum competentis satisfactionis omissionem & dilacionem remanerint, ac si in dictis Ecclesiis & Civitate ac Curias residenter & præmissa in eis facerent ac etiam exercerent licentiam & potestatem plenam auctoritate Apostolica tenore præsentium elargimur auctoritate. Nihilominus decernentes eadem quod jura quælibet Capitularia apud illos sint ac remaneant qui in præmissis eidem Episcopis, obediens extiterint etiam fuerint numero pauciores: & quod processus & sententia quos & quas in Civitate prædicta, citationem de ipsa ad locum prædictum & sententiam & condemnationem prolatam & facturam in eodem loco publicationibus & executionibus duntaxat exceptis per se vel alium seu alios eorum vel aliorum seu aliquorum ipsorum auctoritate fieri contigerit, sint irriti & inanes; quodque omnes illi ex prædictis qui eidem Episcopis in præmissis inobedientes fuerint seu rebelles tandem a perceptione fructuum & proventus obventionum & juriurum, Dignitatum & Personatum, Officiorum Ecclesiasticorum & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum hujusmodi sint suspensi donec ad obedientiam Episcoporum ipsorum redierint; & de inobedientia & rebellionis sua emendam eis præstiterint contentem; & si quid de fructibus, redditibus proventus, juriibus & obventibus prædictis interim perciperint plenariam

restitutionem cum effectu. Non obstantibus cujuscumque Constitutionibus nec non exemptionibus & aliis quibuscumque privilegiis & litteris Apostolicis generalibus vel specialibus quocumque tenore existentibus, nec non Statutis & Consuetudinibus earundem Ecclesiarum contrariis juramento & confirmatione Apostolica vel quacumque firmitate aliâ roboratis per que præsentibus non expressè vel totaliter non inferta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel deseri & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis seu si eidem Capitulis, Præposito, Archiepiscopo & Clero vel quibusvis aliis communiter vel divisim à Sede Apostolica sit indultum, quod interdicti, suspensi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam de indulto hujusmodi mentionem proviso quòd Ecclesie Civitatis ejusdem à quibus factus fuerit hujusmodi exitus in Divinis prout fuerit deserviatu interim concedente ac in illis Sacramenta Ecclesiastica minuentur, quibus de jure & privilegio Civitatis ejusdem præmissis non contrariis in nullo penitus derogetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre Constitutionis & concessionis hujusmodi infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc a contenter præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Avinionæ Kalendis Maii, Pontificatus nostri anno sexto.

Sequitur confirmatio translationis Episcopi.

INNOCENTIUS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Cum aliis nos ad sedandas quantum nobis ex Alto creditur perturbaciones & diffensionis menibus præteritis inter venerabilem Fratrem Ferdinandum Archiepiscopum Colonienfem, Sacri Romani Imperii Principem Electorem ac Ecclesie Leodiensis ex concessione & dispensatione Apostolica Præfulem Civitatis & Status Leodiensis Principem necnon dilectos filios ejusdem Ecclesie Leodiensis Capitulares eidem Ferdinandum Episcopum & principi hujusmodi adherentes ex una & Consulibus & Habitatoribus ejusdem Civitatis Leodiensis & olim dictæ Ecclesie Decanum & Capitulares in eadem Civitate adherentes partibus ex altera exortas, unam Congregationem nonnullorum venerabilium Fratrum nonnullorum S. R. E. Cardinalium & dilectorum filiorum aliquot Romanæ Curie Prælatorum deputaverimus; & ex illorum voto & scientia qualdam nostras in simili forma prævis litteras hortatorias ad eandem sit inter fe contentende partes pro diffidit hujusmodi sedandis dederimus. Postmodum verioribus innovaverit hortatorias monitorias nostras litteras hujusmodi nullum omnino effectum foris fuisse, licet dilecti filii eorundem Civitatis & Decani adherentium agerent & Ministri spem indubiam securus deluser compositionis eidem Cardinalibus & Prælati dedissent; propterea partibus hinc indè pluries in eadem Congregatione auditis, iudem Cardines & Prælati Decretum translationis Capituli Leodiensis ab eadem Civitate ad Oppidum de Haud Leodiensis Diocesis, etiam juxta qualdam à seicis recordationis Clemente Papa VI. prædecessore nostro, emanatas litteras per eundem Ferdinandum Episcopum hujusmodi & majorem partem Capitularium dictæ Ecclesie Leodiensis, in præfato Oppido existentium, factum per Nos confirmandum decreverunt. Idcirco nos de ejusdem Congregationis voto: & juxta illius formam, continentiam, & tenorem præfatum Decretum translationis dicti Capituli ad dictum oppidum de Haud ut præfatur factam, & à dilecto filio nostro, & Sedis Apostolicæ in partibus inferioris Germanie Nuncio confirmatum Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, approbamus, illudque observari mandamus, donec tandem ab eisdem Consulibus, dictaque civitate, & Capitularibus inibi existentibus idem Ferdinandus Episcopus cum toto suo comitatu solito in eadem civitate cum pristinis reverentia obedientia, & jurisdictionis exercitio receptus, & admittus fuerit; & ita præcipimus, decernentes presentes nostras litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, neque per quocumque iudices ordinarios, & delegatos etiam causas Palatii Apostolice Auditoris judicari, & definiti debere ac irritum & inane, si quid super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac ipsorum Ecclesie civitatis, & oppidi quatenus opus sit etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissis quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plent, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in

Secunda est pro vitando scandalo non sunt committenda que sine mortali peccato committi non possunt, ut si puella stupro consentiat, ne si qui peccat scilicet interimat, c. cum homo 23. q. 5. & c. 1. 14. dist. 25. ff. de iur. iur. 25. Tertia est, pro vitando scandalo quis potest committere quod sine mortali peccato committi potest, ut gestare habitum Ordini suo parum congruentem, c. Deus supra, de vita & honest. Cler. & hanc colligitur hoc committi. Quarta est, pro vitando scandalo possum dimittere quod sine peccato mortali dimitti potest, puta correctionem propter multitudinem delinquentium, ut c. 1. latore de Cler. excom. & c. ut. de temp. Ord. vel melius pone exemplum, ut in c. 2. de cognat. spir. & c. dilecto & c. Quia circa de consang. & affin. & hanc colligitur hic dimitti. Quas regulas ex hoc textu desumptis Abbas antiquus hic n. 2. cum quo transeunt Joan. And. n. 11. & Henr. Boich. n. 5. easque transcribit, licet de Abbate antiquo mentionem non faciat Guillelmus de Monte Lauduno in elem. unica n. 1. de immu. Eccles. & eas duabus regulis complectitur Abbas Siculus hic n. 7. Quid autem sit scandalum undè dicitur & an sit peccatum necne latius proficere ut per eandem Henricum, à numero primo; & addit quod legitur in capite Nisi cum pridem, paragrapho Pro gravi quoque scandalo & quod hic dixi n. 74. 78. & 79. supra de reuoc.

Ultimo nota hic reducere prorsus in irritum secundum Innoc. n. 2. quod quoad Ecclesie vel Civitates live alia loca, sive Sacra sive profana propter eorum delictum defrauentur auctoritate superioris, nullo de cetero debet vocari Clericus illius Ecclesie vel municipis illius loci & ille locus privilegium perdit, ut hic & in c. Placuit de consec. dist. 1. in c. Et hoc diximus 16. q. 7. & in l. si usufructu civitati, ff. de iur. iur. mod. usufruct. omitt. & ita intelligas quod notat glossa ultima, Innoc. & Holt. in c. Abbate suat, §. ult. de verb. signif. nisi tamen locus postea reddidit, nam reddidit auctoritate superioris recuperat omnia privilegia secundum Innoc. hic, arg. c. Quia diligentia, supra de elect. & ejus quod notat glossa in l. Ex his, ff. de leg. Bartol. Brix. in q. Dominicali quæ incip. Ego quod aliquis & glossa Joannis in c. licet in verbo Nunquam 22. q. 7. quibus in locis tradunt Lazarum resuscitavit omnia recuperare saltem de equitate.

Secus verò si destruantur ab hostibus, nam tunc omnia sua privilegia retinent & antiqui Clerici remanent hic Clerici, capite Pastoralis 7. questione prima, cap. Quæ semel 19. q. 3. quod locum habet etiam quando destruantur terra motu vel aliis quam superioris auctoritate, ut hic per Henr. Boich. num. 9.

Idemque dicendum secundum Innoc. si auctoritate superioris in alium locum transferuntur vel alio locis ununtur, nam & hoc casu retinent privilegia sua, ut de Ecclesiis notatur in c. 2. Ne Sede vacante & in c. Quia Monasterium de Relig. dom. & idem intelligas de Civitatibus & aliis locis profanis, arg. l. Ede Sacra, ff. de contrah. emp. & ita distinguit Innoc. d. n. 2. cui subscribit Holt. n. 9. Joan. And. n. 3. ver. Et notatur per hoc & n. 4. Henr. Boich. n. 5. ad fin. ver. super eo. Burr. n. 4. Card. n. 5. ver. Quæ in eo quod hic dicitur Anchar. n. 9. Abb. n. 5. & Mar. Soc. n. 11. in 5. not. & num. 12. & idem per omnia Archidiscopus in cap. Et hoc diximus n. 7. 16. q. 7. & Joan. And. in c. Statutum in glof. sen. de elect. lib. 6. & in c. privilegium n. 1. de reg. jur. cod. libro.

Quæro cum Innocentio, an & quando Capitulum Cathedralis Ecclesie ab Episcopo vel Canonicis ad alium locum iterum vel extra Diocesim transferri possit.

Hinc disceptationi causam præbuit, quod cum Serenissimus Elector Colonienfis Episcopus & Princeps Leodiensis non ita pridem Leodium ingredi vellet portaque Civitatis ei fuissent conclusæ, Capitulum ac residentiam juraque Capitularia, de eo assilio & assensu sexdecim Canonicorum ad Ecclesiam Collegiatam Sanctæ Mariæ Oppidi Huenfis Leodiensis Diocesis transfudit tam vigore juris communis quam Bullæ Clementis Papæ VI. de qua infra n. 58. eamque translationem Nuncios Apostolicos confirmavit. Sed cum Decanus & tresdecim Canonici & Ecclesie Cathedrali remanentes ab hujusmodi translatione & confirmatione ad Sedem Apostolicam appellassent. Et contra verò Episcopus Sanctissimo supplicasset pro translationis confirmatione: Sanctissimus S. R. E. Cardinalibus & Prælati, negotium examinandum commisit.

Sane quod spectat ad jus commune absolutum est sine justa causa Capitulum ad alium locum transferri non posse, quia de jure celebrari debet in Ecclesia & loco ad hoc determinato, c. Quod sicut & hic glossa in verbo Constitutiones, supra de eli. d. 1. & c. Quod frontè de appell. ubi glossa in verbo Canoniam, da. concordantia; & hic notat Innoc. n. 2. in verbo Revocatur hic, quomodo hac ordinarij faciendæ essent in Ecclesia. Burr. n. 4. Bald. in l. Nulli n. 2. ver. Secundo requiritur, ff. Quæ ad causaque univ. nom. & in Capitulis exemptis alias cea-

fuit Sacra Congregatio Cardinalium, Tridentini Concilii Interpretum, ut in subiecta declaratione.

Præsupposita dubitatione in causa Palentina, an Episcopus volens aliquid in Capitulo proponere juxta caput 6. sess. 25. teneatur accedere ad Ecclesiam & locum solum deputari, an verò illud in ædibus propriis convocare possit: Sacra Congregatio prius respondit quòd quando Episcopus vult aliquid proponere Canonicis ad deliberandum, nec de re ad suum vel suorum commodum spectante agitur solus Episcopus privatim ad quoscumque potest convocare Capitulum idque in domibus suis, postea verò auditis utriusque rationibus partiumque Advocatis & Procuratoribus ab omnibus in hanc sententiam itum est, ut Episcopus non possit domi suæ Capitulum convocare, sed ad aulam Capitularem in qua antea semper solum fuit Capitulum convenire.

Quin imò glossa in c. In nomine Domini, §. Quod si pravorum in verbo fieri in Urbe 23. dist. dicit electionem esse nullam si fiat alibi quam in loco ad hoc determinato percipit Venerabilem de elect. in parte decisâ in qua dicitur ubi debet, sed hoc non puto verum, quia electio debet quidem in Ecclesia celebrari, ut dicit glossa Joannis, sed tamen si alibi fiat, non propter hoc est nulla nec etiam annullanda, quoniam secundum Tancredum locum in hoc est substantia electionis, nec usquam reperitur jus proditum quod propter locum electio debeat vitari, nec Decretalis quam inducit glossa probat id quod dicit, sed factum recitat prout contingit; & ita notat Archid. in d. c. In nomine Domini n. 16. in fin. & n. 17. 22. distinctione & numero decimo octavo, dicit optionem glossæ communiter non teneri; & hic addit Rosam decisioem 26. n. 7. parte 6. rec. & quod scripsi in c. quia propter n. 68. de elect.

Ex causa verò necessitatis, id est cum Capitulum non potest tuto convenire in Ecclesia vel loco Capitulari, nulli dubium est quin de jure ad alium locum transferri possit, ut patet in d. c. In nomine Domini 23. dist. circa med. in his verbis: Quod si pravorum atque iniquorum hominum ita peroraverit involuntarij ut puta, sacra atque gratia fieri in Urbe non possit electio, Cardinales Episcopi cum Religiosis Clericis Catholicis quoque laicis, licet paucis, jus potestatis obtineant eligere Apostolicæ Sedis Pontificem ubi congruere viderentur; & hic notat glossa in verbo fieri in Urbe: ad idem textum in a. Quanto 63. dist. ubi pro confirmatione electionis Episcopi Mediolanensis Gregorius jubet explorari voluntatem Canonicorum Mediolanensium, qui seritate barbaricæ coacti, Januæ commorabantur & in c. Quod fecit de elect. hic cum juxta Constitutiones Canonicas si fieri potest electio in Ecclesia Cathedrali celebrari debeat. Ponderando hæc verba si fieri potest, à contrario sensu & est glossa in c. bon. mem. in verbo Metuebant cod. tit. & constat ex dictis Innoc. hic n. 20. ut latius dicam infra n. 34. & consentit Bald. in d. l. Nulli, ver. Secundo requiritur, ff. Quod cuiusque universi. nom. dum ait requiri ut universitas congregetur in loco publico & solito, ut l. Observare c. de Decurionibus lib. 10. nisi hoc non possit congregari propter guerram vel aliud impedimentum; & allegat Innoc. hic: imò glossa relata ad textum in c. cum terra in verbo in quo de elect. dicit electores debere in locum convenire ubi electio est celebranda, i. commode fieri potest, alias ubi melius obtulerit se facultas; & sic causam necessitatis non requirit.

Repulsio autem Episcopi ab ingressu in suam civitatem videtur justa causa translationis Capituli ad alium locum: nam ut legitur in cap. Novit, de iis qua sunt à prælato. Episcopus, & Canonici sunt unus corpus, cuius caput est Episcopus, Canonici autem membra, nec desit Episcopum in negotiis Ecclesie omniis membris aliorum Consilio uti. Hæc hic. Quare cum ob impedimentum ei illatum Episcopus nequiverit ad suam Cathedralē Ecclesiam se conferre, ibique Canonicorum consilium exquirere pro negotiis Ecclesie expediendi; necesse est, ut possit alibi eos convocare, quia, ut legitur in cap. Non decet, 13. dist. non decet à capite membra decedere, sed juxta Sacre Scripture testimonium, omnia membra caput sequuntur. Quibus rationibus innixus est Nuntius Apostolicus in confirmatione translationis in illis verbis: Ne membra à capite suo hoc verum statâ separantur, utque consuetis consiliis Ecclesie necessitatibus commodius prospiceretur.

Præterea tam de jure communi secundum Innocent. communiter receptum in cap. Irrefragabili, num. 3. de Offic. Ordinarij. quam ex decreto Concilii Tridentini cap. 6. sess. 25. Si Episcopi aliquid Canonicis ad deliberandum propriarum, nec de re ad suum, vel suorum commodum spectante agatur, Episcopi ipsi Capitulum convocant, vota exquirunt, & juxta ea concludunt. Neque ad id Concilio Vicarius Episcopi admittitur; & loquitur decretum illud de Capitulis, quæ privilegia, vel alio speciali jure tenentur se adversus jurisdictionem Episcopi, quæ ut plurimum sunt Capitula Germaniæ, ut ex voto Rotæ aliis declaravit Sacra Congregatio ejusdem

ejusdem Concilii interpretes, secundum ea, quæ scripsi in cap. Irrefragabili, n. 9. de officio Ordinarij. Si igitur Episcopus de jure, & ex Concilio facultatem habet convocandi Capitulum, eamque facultatem in Ecclesia sua Cathedrali nec per Vicarium potest exercere repugnant Concilio, nec per ipsum propter impedimenta à civitate illata: coeque quens est, ut eam possit extra dictam Ecclesiam exercere, ad hoc textus optimus in cap. Statimus, de offic. Deleg. lib. 6. ubi is, cui aliquid certo loco expediendum committitur, si id eo loco fecerit non possit, extra locum poterit expedire.

Amplius in clem. 1. de foro comper. Viennoie Concilium indulget Episcopi à sua Diocesi expulsi, ut possint omnimodam suam jurisdictionem exercere in aliena Diocesi, licentia petita, licet non obtenta à Diocesanis locorum. Ex dicuntur expulsi etiam qui venientes non fuerunt admissi secundum glossam hic in verbo Expulsores. Card. n. 31. & Abb. n. 7. cui autem jurisdictio data est, ea quoque concessa esse videtur, sine quibus jurisdictio explicari non potest, l. 2. ff. de juris. omni. jud. sed Episcopus expulsi omnimodam jurisdictionem sibi attribuit extra Diocesim explicare non potest sine Capituli presentia, quia plurima sunt negotia quæ expediri nequeunt sine consensu vel consilio Capituli, ut alienationes, c. sine exceptione & c. alienationis 12. q. 2. beneficiorum uniones, clem. si una de reb. Eccles. non alien. Clericorum Ordinationes, c. Episcopus sine consilio 24. dist. Abbatum, Abbatiarum & aliarum Ecclesiasticarum personarum institutiones & destitutions, c. Novit, de his qua sunt à Prælati, concessionis & confirmationes, c. Quanto end. tit. inquisitiones & condemnationes Clericorum & Sacerdotum, c. si quis verò & hic plena glossa in verbo Ecclesia 86. dist. c. licet Hell, ver. Nam juxta Canonicas sanctiones de finon. & alia Ecclesie negotia d. c. Novit. & c. Quanto; Ecclesia enim habet Senatorem Cæterum Presbiterorum, id est Capitulum sine quorum consilio Prælati nihil agere licet, ut legitur in c. Ecclesia habet Senatorem & hic glossa 2. 16. q. 1. ad hoc Concilium Trid. sess. 23. c. 11. ad fin. hic, ut verò Ecclesie Senatus dici possit: ergo pro his negotiis expediendis & omnimodæ jurisdictione exercenda, Episcopus expulsi seu non admissi poterit ad alium locum Capitulum convocare; est enim generalis regula in omni materia, ut qui vult consensu, velit etiam suum necessarium antecesser, ut dicitur Jas. & Curt. junior in d. l. 2. in prim. ff. de juris. omni. jud.

Demum pro validate translationis Capituli extra Cathedralē assertur singularis theoria, quam hic ponit Innocentius n. 2. per hæc aliqua verba, videlicet: (Hoc autem certum est, quod si prævia Ecclesie occupantur ad tempus à tyrannis, ita quod non possunt inhabitare hic Clerici, Ecclesia retinet sua privilegia & suos Clericos, licet sint ejeti, unde videtur quod si expediat Ecclesie, vel illius Clericis facere aliquem contractum vel Prælatum vel quicquid aliud quomvis hæc ordinarij faciendæ essent in Ecclesia, cap. Quod sicut, supra de elect. tamen propter necessitatem fieri alibi, cap. In nomine 23. dist. & quod plus est etiam tyranni darent facultatem Clericis eundi ad Ecclesiam sic invasam & etiam si aliqui Clerici semper remanerent, imò nec timeatur de impressione dummodò illi qui exierunt, juxta timore vel alia justa causa exierint, etiam si major pars illa que est in Ecclesia, debet ad fornicos exte, nisi possit redire cum bona & perpetua pace vel honesta & idem videtur si sint pauciores, dummodò præsumatur quod electio vel alius contractus utilis possit celebrari extra Ecclesiam quam intra argum. c. Bon. mem. M. de elect. ubi notatur scilicet in gloss. in verb. Metuebant. Secus si propter tuas inimicitias non possunt ire ad Ecclesiam, quia tunc possunt constituti procuratores, cap. Quod sicut, §. 1. supra, de elect. & c. Quia propter. Idem est etiam non sit magnus negotium vel si sit magnus, sed utiliter poterit fieri per inferiores.) Hæc Innocent. cum quo transeunt hic Holt. n. 9. ver. Quid si hostes, & Joan. And. n. 5. dicunt enim; Quid si hostes vel tyranni, qui Ecclesiam detinent occupant, revocant ad Ecclesiam etiam majorem partem Canonicorum alia verò pars non audeat ire nunquid si agatur de communibus contractibus debent intrinseci cum fornicis ad locum tutum & congruum convenire. Puto quod sic dummodò extra Ecclesiam utilis fieri possit quod agitur; alioquin extrinseci intrinseci vicef fass mandent, argum. in eo quod legitur & notatur in dict. cap. Bone, in primo, resp. 1. & in cap. Quia propter, §. Illud, de elect. & in cap. Ad supplicationem, de renunciat. multo fortius ergo exbant ad illos, quando minor pars est præsens & major abens, sequitur Card. n. 5. ver. Sed ubi convocantur, dicens: Quid si tyrannus daret facultatem Clericis eundi ad Ecclesiam sic invasam & aliqui Clerici adessent vel quid si aliqui remanerent in Ecclesia sic invasa; dicit Innocent. quod etiam si est major pars præsentium; dummodò juxta timore vel alia justa causa alii abint, tenentur presentes ad illos

accedere, nisi possent abentes redire cum bona & perpetua pace vel honesta. Idem secundum cum dic & fortius si presentes sint pauciores; & hoc dummodò actus qui immiserit utilis possit celebrari extra Ecclesiam, quam intra, etiam si sit electio; & idem dicit Burr. num. 4. ver. Secunda est quest. Anchar. n. 9. ver. Est & alius casus, & Abb. n. 10. ver. Si verò aliqui sint abentes.

Hæc autem Innocentii theoria videtur congruè applicari posse casui Canonicorum Leodiensium; nam sexdecim Canonici, qui Episcopo adhaerent in oppido Huenfi, dicebant se ad alios tredecim, qui cum Decano in Ecclesia remanserunt tuto redire non posse non ob privatas inimicitias sed propter populares factiones eorum, quos vocant Grignutos & Ceratos & hoc affirmabant in precibus Episcopo porrectis per hæc formalia verba: (Dolegere ex animo quod cum hujusmodi consilium eo usque processerit, ut cum sua Serenissima Celitudine dictam suam civitatem propius accesserit ang ingressura, nota obstacula supervenerint, quorum intuitu resolutionem coepit, durentque interterim attentata in jurisdictionem & regalia Ecclesie sua; & aliz insuper consuetudines que Capitulo Cancellario, Judicibusque ordinarij exercitum sui cuiusque muneris, seu & solam in ea civitate residentiam minis tutam, liberam & securam præstare.) Hæc hic. Quod etiam satis comprobasse videtur casus qui dicitur contigisse in personam Groebach Canonici, Cancellarii & primarij Minitri ipsius Episcopi. In enim Leodii à Suario de factione Grignuta pluribus ictibus pugionis lethaliter vulneratus, postea convalescens velle regulari indurus in Ecclesia remaneret debuissent exte ad fornicos etiam numero pauciores; & multo fortius cum essent plures secundum Innocentium. Nec sufficiunt assecutiones, seu litteræ de conductu, quia nihilominus non tenebantur se popularibus credere, cap. Accedens il secundo, supra ad lite non contestata, c. de cetero, & cap. Quomvis de sentent. excomm. Non enim in hoc casu sufficiens potuit cautio præitari argum. cap. Litteras, in fin. de restitu. spoial. & notat gloss. in d. cap. Accedens, in ver. Inimicus, & hæc propter fragilitatem cautionis, ut l. Qui ita, §. 1. ff. ad Trebell. Hæc de jure communi quoad translationem Capituli.

Quod autem spectat ad Bullam Clementis VI. ex parte Episcopi asseruntur veritate duz conditiones in ea requisitæ ad validitatem translationis Capituli & residentie, nempe ut civis Episcopo rebellaverit & translatio fiat de Capituli consensu; nam pro rebellionē, cum portæ civitatis fuerint Episcopo occlusæ, allegatur singularis doctrina Bartoli in Extrav. Qui sint rebelles, §. Machinantur, ubi sic ait. (Pone quod adveniente vel ejus Nuntio volente ingredi civitatem pro recuperandis juribus Imperii tam hic, quam alibi, aliqui responderent, quod intromittere eum vel ejus gentem, est periculosum statui eorum; & sic tenent eum in verbis & sic labitur tempus, quo multa possit facere pro Imperii prosperitate. Itæ sunt machinationes quædam, licet ad actus bellicos non deveniant. Ita machinatio secuta inobediendia facit eos rebelles.) Hæc verba Bartoli, quæ ad calamum transcribit, & sequitur Gigas in tract. de crim. Les. Majest. tit. de rebell. quest. 5. n. 2. inter Tract. magnos tom. 11. fol. 81. part. 1.

Nec videtur obitare quod rebello committatur tantummodò contra Imperatorem vel ejus officiales in iis, quæ ad commissum eis officium pertinent; non autem contra Reges vel Principes inferiores, quia tunc non sit contra prosperitatem Principis vel Imperii principaliter, ut declarat Bar. in dict. Extravag. Qui sint rebelles, in verb. Rebellando, ver. Sed in hac Constitutio, Gigas, dict. tract. quest. 18. per totum, Peregrin. de jure sibi lib. 3. tit. 8. n. 8. & 9. & Bulla aurea loquatur de rebellionē contra Electores Imperii, ut advertit Carpovius in tract. crimin. part. 1. qu. 41. num. 60. & seqq. Hoc autem casu rebello non fuerit commissa contra Principem tanquam Electorem Imperii, nam responderi potest arduam esse questionem, an contra Principes non recognoscentes Superiorem vel habentes merum & mixtum Imperium committatur crimen rebellionis, adeo ut locum habeant pena, leg. Quisquis, Cod. ad leg. Jul. majest. & plurimos in utramque partem citat Hostius in practi crimin. tit. de crimin. Les. Majest. n. 51. 52. & 53. Et quod committatur contra Episcopos Principes Germaniæ dicitur consultius Fachineus conf. 15. n. 19. ad med. & n. 20. lib. 1. & Nicol. Everard. jun. conf. 2. n. 7. lib. 1. Sed hoc casu non videtur intrare hæc difficultas, quia ex Bulla Clementis VI. ad effectum translationis Capituli & residentie sufficit civis Leodiensis rebellaverint Episcopo suo. Rebellis autem dicitur qui de facto resistit superiori vel jurisdictioni, Burr. in cap. Sane il secundo, n. 4. de offic. Delegat. & secundum Angel. in l. 2. §. fin. n. 2. de Judicis. Rebelles dicuntur omnes existentes

tionem ut non uideatur dignitas Episcopatus, Hac hic. Multitudo enim numerosa nihil habet honestum ut in Auth. de restr. §. Volamus. Ideoque Diaconos paruit honorabiles, Presbiteros uero turba contemptibiles facit, e. legimus ante fin. vers. Quid paucitatem 23. dist. Et omne rarum pretiosum & plus appetibile secundum Host. hic n. 1. aliam rationem ponit rextus in c. Illud sunt 80. dist. videlicet Ne quod Sanctorum Patrum diuinitas inspirata Decreta ueterunt, uinculis & possessionibus uel obsequiis & salutaris munificentiis tribuatur Sacerdotale suffragium, id est Episcopale, secundum Hugonem & Archid. concordat c. Episcopi, 80. dist. ubi dicitur Episcopi non in castellis aut modicis ciuitatibus debent consueti ne uideatur nomen Episcopi, sed ad honorabilem urbem titulandus & denominandus est.

Porro Episcopi dicuntur Sanctissimi Christi legati & columnae Ecclesiae, Clem. 1. §. Nec super de poenit. Item dicuntur Beatissimi, e. Excellentissimi, 11. q. 3. l. cum Clericus, C. de Episcopi. & Cler. dein Auth. de Sanct. Episc. §. Si quis autem Episcoporum & §. Interdictum & in Auth. de Ecclesiasticis. §. si quis adfectionem, Episcopi enim officio nihil beatius e. ante omnia 40. dist. & d. §. nec super. Item appellari possunt Serenissimi, ut inquit Card. in Clem. In plerisque in 4. not. de elect. per illum textum in uerbo serenitatem. Item sunt Principes terrarum, cum in terris teneant locum Apollolorum, e. Quoniam uices 63. dist. c. In nouo, 21. dist. Paris. con. 14. ad solutionem dubiorum n. 25. vers. Episcopus autem constat esse Principes terrarum, lib. 6. Item Episcopatus dicitur excellentis dignitas, ut notat glossa in c. per tuas, 11. primò in uerbo excellentioris de appell. & culmen dignitatum, glossa 2. in c. 2. de prob. lib. 6. per textum in c. venerabilis supra de prob. Quin imò, ut inquit Ambrosius de dignitate Sacerdotum, c. 2. honor & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus atuari, si Regum fulgori compares & Principum diademati longe erit inferius quam si flambis metallum ad auri fulgorem compares, quippe cum uideas Regum colla & Principum submiti penibus Sacerdotum & osculata eorum dextera, orationibus eorum credant se communiti, referuntur a Gelasio in c. Duo sunt 96. dist. & Chrosostom. lib. 3. de Sacerdot. & Nazarenus in oratione 17. ad Cives Nazarenos. Quoniam, inquit, Caelum terra pretiosius est, quantumque anima corpori, spiritus carni, Diuina humanis praesant, tantum Episcoporum Principatus omnia civilia Regna & potestates antecellit, ad hoc cap. si lite de maior. & obed. Merito ergo tam sublimis dignitas nonnullis locis insignibus & frequentibus est tribuenda, ut hic statuitur.

Nec obstat quod ubique fuerit Episcopus, siue Romae siue Fragubii siue Constantinopoli siue Rhegii, siue Alexandriae siue Taxis, eisdem sit meriti & Sacerdotii & potentia diuinitatis & paupertatis humilitas, uel sublimiorem uel inferiorum Episcoporum non faciat, sed omnes Apollolorum successores sint: quae sunt uerba Hieronimi in cap. Legimus 23. dist. Quoniam ut respondet glossa hic in uerbo maioribus & in c. Episcopi in uerbo uideatur 80. dist. quod hic dicitur intelligi debet quantum ad uulgum opinionem, nam in rei ueritate etiam in modicis ciuitatibus non est uisus Episcopus, ut in contrario, & eodem fere modo respondet hic Innoc. in prin. dum ait, (Quod hic dicitur procedere de facto, cum de iure magnitudo ciuitatis nihil operetur.) Unde uideamus de facto potentes & diuites Episcopos honorari & pauperes uirtuosos contemni, secundum Host. hic n. 3. & Joannem Andream eod. n. 3. qui referunt de quodam Theologo, qui contra id quod habetur Jac. 2. cum prius humiliter indutus male fuisset in quodam Monasterio receptus, rediens cum pretiosa cappa, splendide receptus & honorifice tractatus, multas gratias egit in Capitulo capae suae. Unde & Hieronimus ad Chromat. cap. 1. Et in patria mea, inquit, ille sanctior est qui ditior est.

Tu dicat textum nostrum loqui de iure, ejus tamen decisio procedit ante factum, nam ab initio Episcopus constitui non debet nisi ut praediceat maioribus populis, sed postquam fuit constitutus, siue magno siue paruo praediceat loco & siue sit locuples siue pauper, in eadem ueneratione est habendus, quia honoratur in eo dignitas Ordinis & non potentia diuitiarum secundum Anton. de But. hic n. 6. vers. Tu dic. Ab. n. 4. vers. uel dic & melius Mar. Soc. n. 12. & Dec. n. 41. vers. Sed istud.

Ultimò nota hic maioribus populis, argumentum optimum, quod non debet creati Episcopi Titulares in partibus infidelium, nam si Episcopi non sunt constituendi in ciuitatibus & locis non populosis, ut hic statuitur, longè minus constitui debent in ciuitatibus Clero populose Christiano. Sic enim inuitulati nec ut expediret prodesse, nec ut deceret praesentibus ualentes, inestabilitate uagationis & mendicitatis opprobrio serenitatem Pontificalis obubiant dignitatis, ut legitur in Clem. In plerisque de elect. ubi glossa in uerbo uagationis, dicit conuulsisse tales discurrere & vicarias Episcoporum quarere, maximè habentium amplas Dioeceses. Interdum quoque Principibus adhaerere familiariter qui honoris causa

quarunt habere Capellanos Episcopos; & hodie cum fere vagabundi sint & permanentem Sedem non habeant, alienas oues incio proprio Pastore, quarentes: quia Episcopalem Cathedralam in loco nullius Dioecesis sua temeritate eligunt & Pontificalia exercent, ut in Concilio Tridentino, sess. decima quarta, cap. secundo, contra id quod habetur sess. 6. cap. 5.

Porro cum alias quaesitum esset nunquid Episcopus Titularis esset creandus pro Pontificalibus exercentis in oppido de Merida, aliisque locis nullius Dioecesis militis S. Jacobi de Spatha subiectis, haec fuerunt adnotata.

Antiquitus Episcopi Titulares non creabantur, sed tantum qui à propriis Ecclesiis ob hostilitatem eiectione erant, in aliis Ecclesiis vacantibus Cardinales constituebantur, donec ad proprias Ecclesias reuerti permitterentur, cap. Pastoralis, 7. quasi. 1. Et exponenda uerba, Cardinales constituebantur, seu incarnabantur, id est canonice transferrebantur, ut notatur post cap. Fratritatem, super uerb. Cardinandum, 71. dist. Sed horum, qui creantur Episcopi alicujus Ecclesiae in partibus infidelium litae, quae neque populum Christianum, neque Clerum habet, nulla origo reperitur ante decretum Concilii Lateranensis sub Leone X. sess. 9. de Cardinalibus. Itaque res ab optimis ortu primordis eo dilapsa est, ut jam non qui expulsi sunt de iure Episcopi Ecclesiis vacantibus, sed creantur de iure Episcopi illarum Ecclesiarum, tum alias ob causas, tum ad hoc ut suffragentur aliis Episcopis, quorum loco antiquitus in Ecclesia esse uidebantur Corepiscopi, qui erant Presbiteri, ut in uillis, ut pagis curam animarum gerebant loco Episcoporum licentia, uel consensu ea, quae sunt Ordinis exercere, ut in Concilio Neocesarienti c. 3. in Antiocheno c. 20. & Hispan. c. 20. Quod etiam pluribus libris, & decernunt Damasus Epistola 1. Leo Epistola 26. & Joannes III. Epistola 1. & Concilium Antiochenum c. 4. statuit, ne in, qui in uicis Corepiscopi appellatur Presbiterum, aut Diaconum audeant ordinare preter ciuitatis Episcopum, sed contenti sint propria sollicitudine & gubernatione, quam susceperunt. Quorum tamen Ordo fuit deinde ab Ecclesia reprobatus, ut in Canon Corepiscopi, 68. dist.

Postea uero coeperunt creati Episcopi Titulares ob decretum Concilii Lateranensis superius relatum, quod permittit Cardinalibus in Ecclesiis suis hos habere Episcopos pro suffraganeis, ideoque etiam hodie Summus Pontifex cum creat hujusmodi Episcopos, utitur Similibus uerbis, & suffragentur talibus, donec &c.

Nisi tamen uere urgeat necessitas, non est creandus Episcopus titularis, ut patet ex dicto. Clem. In plerisque, de elect. Quin imò nec mortuo Episcopo expulso potest Ecclesia ab hostibus occupata alius Episcopos perfici, ut illic post Paul. not. Cardin. n. 5. ex quo decreto constat creationem Episcopi titularis improbari: tum quia Ecclesia ab infidelibus occupata sufficientes redditus non habet, tum quia caret clero, & populo Christiano, tum denique quia hic Episcopus non potest prodesse, ut expediret, nec praesentibus, ut deceret; merito gloss. hic in uerb. uagationis, inuehit in eos, qui anhelant ad Ecclesias ab hostibus captiuitas, ut tetigit supra n. 36. & in uerb. Religiosus, dicit hunc absum maxime uigere in religiosis, qui ad hoc laborant interdum etiam importune, & per corruptelas, ut canere possint cum Psalmista Laqueis contritus, &c. Psalm. 123. & subdit se uidisse Religiosum consecratum ad titulum, qui non erat in rerum natura, nec fuerat quod patere posset per Provinciale, id est per librum, in quo scripte sunt Provinciae: & nostris temporibus uideamus illum consecratum ad eandem Ecclesiam, ad quam alter erat consecratus: & adde, quod hic notat Card. in 6. & 11. q.

Sed & de his Pius V. Post Concilii Tridentini publicationem decreto suo consistoriali fanciuit non esse hujusmodi Episcopos creandos, neque in Suffraganeos dandos, nisi Ecclesiis Cardinalibus, & illis tantum qui solent habere, & cum certo stipendio perpetuo ad minus ducentorum aureorum de camera super fructibus illius Ecclesiae, qui propria autoritate ab ipsis percipi possint, & quod nullibi possint Pontificalia exercere sine expressa licentia Sedis Apostolicae, nisi in illa Dioecesi, cui datus est Suffraganeus, sed postea paulatim id ampliatum fuit etiam ad Episcopos non Cardinales, & dos aucta est ad centum 300. ex decreto Sacrae Congregationis rerum Consistorialium.

Et in Sacra Congregatione Concilii cum Archiepiscopus Arborensis supplicasset pro indulto adhibendi in sua Dioecesi Episcopum titulare ad Sanctissimum deputandum, qui munitibus Episcopalis defungi posset eo, quod ipse Archiepiscopus cogereur ad Ecclesiam abesse tum ob grauioribus, ac diuturnas aegritudines, tum ob capitales cum pluribus inimicitias, qui ejus uix etiam ueneno insidiati fuerant: Sacra Congregatio die 6. Junii 1605. censuit titulare Episcopum hac de causa non creandum, sed si ipse aliquem titulare inueniat, qui ipsum uelit adiuuare, ejus opera uti possit.

juxta decretum cap. 2. sess. 14. de quo est text. expressus in c. Pontifices, 7. q. 1.

Ad hac creatio Episcopi titularis, qui in locis nullius Dioecesis ordines constat, improbatum ad Concilio Tridentino c. 10. sess. 23. quo haec facultas tribuitur Episcopis, intra quorum Dioecibus fines ea loca existunt, uel viciniori Episcopo, si omnino existant extra fines cujusque Dioecesis, argumen. c. 9. sess. 24. ut ex Sacra Congregationis sententia dixi in cap. Nullus, numero 10. usque in fin. de Paroch.

Rursus eadem creatio improbatum decreto c. 2. sess. 14. ubi plura in odia didorum Episcoporum commemorantur, ut dictum est supra n. 37. ac deinde illis prohibetur, ne cuiquam primam tonsuram, seu ordines conferant etiam in locis nullius Dioecesis absque sui proprii Praelati expresso consensu, aut litteris dimissorias, & contrafacientes ab exercitio Pontificalium per snatum; & sic promoti ab executione Ordinum, donec ius Praelati uisum fuerit, sunt ipso jure suspensi.

Ex his omnibus deducitur, ut minimè sit procedendum ad creationem Episcopi titularis pro hujusmodi militis S. Jac. sine graui, & urgente necessitate, uidelicet cum eis neque opera aliorum Episcoporum titularium in illis partibus existentium, neque viciniorum Episcoporum ministerio, neque alia ratione profici potest: tum quia hujusmodi creatio, & initiatio est ab Ecclesiasticis regulis aliena, & sacris Canonibus inuisa; tum quia redundat in praedictum Episcopi proximioris, ad quem pertinet facultas ordinandi subditos dictarum militiarum priuatiue quoad omnes; tum demum quia Episcopus praeficitur Ecclesiae sine redditibus, sine Dioecesi, & Clero, & populo Christiano, quod dicit contra Concilium Vienn. & Tridentinum, & contra textum nostrum inducendum cum, ut dixi supra in ultim. notab. neque enim populus militiarum, de quibus agitur, subiectus erit huic Episcopo, nec ipse dicit poterit illius Episcopi & Pastor, cum nullam in eum jurisdictionem aut correctionem sui habiturus, nec in aliqua Ecclesia militiarum debeat institui, sed tantum hic exercere Pontificalia tanquam mercenarius.

Hac autem necessitas procedendi ad creationem Episcopi Titularis in dicta militia minimè uideatur subsistere: nam pro Ordinibus conferendis non est necessarius accessus uiciniore Episcopi ad loca eorum militiarum, cum ipse possit, ac debeat ordinare subditos dictorum locorum in sua Dioecesi, ut ex sententia Sacrae Congregationis Concilii adnotati in dict. cap. Nullus, n. 51. de Paroch. Quod si id incommodum uideatur, poterit illis dimissorias concedere, ut ab aliis Episcopis ordinentur, ad praescriptum dict. c. 10. sess. 23. Et pro Sacramento Chrimatis administrando jam est in facultate ipsarum militiarum, si nullus Dioecesis existat: convocare quem ualuerit Catholicum Annullitem ex ipsius Congregationis sententia Exempla Pii V. & Gregorii XV. qui instituerunt Episcopos Titulares in eadem militia Sancti Jacobi de Spatha, non prodierunt eo uoto Sacrae Congregationis rerum Consistorialium, nec uiderunt ulterius extendenda, ne detur ansa eisdem militis in posterum praetendendi hujusmodi institutionem quasi debitam, & sibi effectam: jam enim in supplicii libello nuper oblato asseritur Franciscum de la Rocha fuisse praesentatum à Rege Catholico ad Ecclesiam Sidonien. in partibus infidelium, quam à Gregorio XV. obinuit ultimus Episcopus pro Militia Sancti Jacobi institutus, & Episcopatus Sidonien. perpetram appellatur Ordinis Sancti Jacobi.

Et ita die 28. Januarii 1649. eadem S. Congregatio rerum Consistorialium re accurate discussa, censuit, nisi aliud Sanctissimo uideatur, creationem Episcopi Titularis pro dicta Militia non esse de cetero concedendam.

Posthac ex parte Oratoris Regis Catholici exhibita fuit, & lecta in Sacra Congregatione proposito olim facta in Consistorio à Cardinali Pacecho de Ecclesia Tunifem sub Pio V. unà cum uotis Cardinalium, quae sic se habet.

Cardinalis Pacechus proposuit Pontificalia Tunifem. pro Fratre Barthol. Perez, ut impleat Pontificalia actus in locis ipsius Ordinis, & quod propterea concedatur nominatio perpetuo Ecclesiae Tunifem. Philippo Regi, & quod Tunifem. Episcopus sit perpetuo Suffraganeus in locis Sancti Jacobi de Spatha.

D. Cardinali Augustano Priori Montis Politiani, Piarum & Varmien. Placuit.

Cardinalis de Gambara dixit, quod non fiat perpetua hujusmodi unio, & deputatio Ecclesiae Tunifem. pro locis S. Jacobi, sed haec ad vitam ipsius tantum, & quod si non exerceat Pontificalia nisi in locis, quae non subint Ordinatio, in aliis autem non.

Gesualdus, & alii idem quod & alii probauerunt.

Cardinalis Ursinus uero dixit non decere hujusmodi Suffraganeum, cum solum Cardinalibus, & quibusdam Princ.

Episcopalia. 219

pibus, Praelatis ordinariis sit concessum, cui Sanctissimus respondit.

Cardinalis Sanctae crucis dixit quaedam, quae non audiri. 55

Cardinalis Boncompagnus probauit Ecclesiae Tunifem. praesentem provisionem. Idem alii.

Alciatus limitauit, ut non exerceat Pontificalia nisi in locis exemptis ab Ordinario. Idem alii &c.

Cardinalis Sanctae Severinae dixit: Probo provisionem Ecclesiae Tunifem. quae Tunifem. non autem Cartagenam. dicitur: haec enim ab ea diuersa est, & Tunifem. Ecclesia uetus est apud Ecclesiasticas & prophanas Historias: illa Metropolitana, haec suffraganea. Et respondentibus Pacecho, & ab Ecclesia: idem replicauit, & quod Episcopus non exerceat Pontificalia nisi in locis ipsius Ordinis, quae sunt nullius Dioecesis juxta Reverendissimum Dominum meum de Gambara, non autem in aliis etiam exemptis existentibus in aliena Dioecesi, ampliata limitatione Domini mei Alciati, cui Papa id esse facturum, & strictius respondit.

Causis cum Reverendissimo Relatore. Sicut & alii.

Albanus improbatum erectionem, & pluralitatem Ecclesiarum & Episcoporum, cui Sanctissimus Dominus noster satisfecit id fieri, quia cum Episcopi Hispani magnas, & amplas habeant Dioeceses, uix suas uisitare & Pontificalia in eis, & Sacramentum Confirmationis conferre possunt, uel curent, unde magis alias provincias, & terras negligunt, & ideo spectat ad Sanctam Romanam Ecclesiam dispensatio curae, & prouisio Ecclesiarum & animarum.

Constitutum ergo est ipsum in locis tantum ordinis posse Pontificalia exercere interdicto sibi usu extra dicta loca, & id quantum liceat ad Ecclesiam Tunifem. redire, Deo uolente, sed tantum instante Parocho concessit, ut possit uocatus, & inuitatus accedere ad consecrationem Episcoporum, sed alias nequaquam; etiam replicante Albano, negauit quod ageret Curiolem, non Episcopum, quia quotidie à negligentibus Episcopis vacaretur. Fuit etiam tractatum, 57

ut Episcopus non subellet Priori uel decere. Sanctissimus dixit non referre cum sit ipse tantum Suffraganeus in Pontificalibus, jurisdictionem autem spectat ad Vicarium Vicarium generalem, ut etiam moris est, ubi est Vicarius generalis & Suffraganeus in Pontificalibus.

Die 22. Martii 1650. in Congregatione rerum Consistorialium negotium iterum fuit propositum & discussum.

Creatio Episcopi Titularis pro Militia Sancti Jacobi de Spatha patitur difficultates infra scriptas.

Primo repugnat antiquae Ecclesiae institutioni, secundum ea, quae dicta sunt supra n. 39.

Secundo obstat Consilium Viennense in Clem. In plerisque, de elect. ut patet ex dictis supra n. 35.

Tertio obstat Concilium Lateranense nouissimum sub Leone X. sess. 9. de Cardinalibus, quod statuit, ut Episcopi Titulares non creentur, nec Suffraganeis dentur nisi Episcopis Cardinalibus. Addidit Pius Quintus in decreto Consistoriali, & illis qui conuenerunt habere.

Quarto obstat Concilium Tridentinum in c. 2. sess. 14. ubi non tantum prohibet, sed etiam damnat ut Episcopi Titulares alienas oues quarentes in locis nullius Dioecesis sibi Cathedralam constituant sine licentia proprii Episcopi & in c. 10. sess. 23. quo interdicitur, ne subditi nullius Dioecesis à quoquam ordinentur sine Dimissorias Episcopi, intra cujus Dioecesis fines existunt.

Quinto iste Episcopus Titularis deputatur in Suffraganeum, 58

sed cuius erit Suffraganeus? Non Ecclesiae, quia Suffraganeus non datur Ecclesiae, sed Episcopo, glossa in c. Quoniam in uerbo Vicarium, supra de offic. Ordin. Ideoque secundum aliquos, mortuo Episcopo, expirat Suffraganeatus, sicut dicitur de Coadiutore Episcopi, qui desinit esse Coadiutore defuncto Coadiutore. Dicitur enim Coadiutor à coadiuando, sicut Suffraganeus à suffragando; & ideo Coadiutoria & Suffraganeatus expirat per obitum Episcopi, quia non est quem coadiuuet aut cui suffragetur; prout haec notatur per Joannem Andream in c. consultiuimus in 8. q. n. 10. de Cler. agrat. & jam censuit Sacra Congregatio Concilii Suffraganeatum non esse titulum perpetuum; & hac ratio concludit eum nec esse Suffraganeum populi, aliis enim esset perpetuus sicut populus, l. proponatur, ff. de iudicij, glossa 2. in c. 49. Denique 7. q. 1. Rursus non erit Suffraganeus Episcopi, quia in dicta militia nullus est Episcopus cui suffragari possit. Super est ergo ut sit Suffraganeus Prioris. Hoc autem uideatur valde inconueniens, tum quia cederet in opprobrium dignitas Episcopalis, ut Episcopus qui est in supremo gradu Ordinis Hierarchici in Ecclesia militaria, Concil. Trid. sess. 23. de Sacram. Ord. Can. 6. & 7. suffragaretur & inferiret Priori longe inferioris gradu & esset tantum illius Capellanus, quod redarguit glossa in d. Clem. In plerisque in uerbo uagationis, dum dicit Principes facultates affectare creationem Episcoporum Titularium, ut illos habeant Capellanos. Tum quia uerisimile est ut in Ecclesia &

functionibus publicis & privatis. Prior qui universis jurisdictioni preest, intendat procedere Episcopo qui non habet nisi exercitium Pontificalem nec est intulatus in dicta militia. Hoc autem est valde abominandum in Ecclesia, quia quamvis sit Episcopus Titularis carens Clero & populo Christiano, est tamen verus Episcopus characterem habens Episcopalem, cap. Passoralis & hic Archid. Job. n. 4. & Prepot. in 1. not. 7. q. 1. unde indignum est & perniciosis exempli ut subleget inferiori Prelato, c. Solita, §. Hac aptem cum hic notatis de major. & obed.

62. Secundo nulla subest necessitas talis creationis, nam respectu eorum que sunt jurisdictionis sua, residet penes Priorem dumtaxat qui potest eam exercere & visitare tam per se quam per suum Vicarium. Respectu autem eorum que sunt Ordinis Episcopalis, aut consideramus collationem Ordinis aut collationem Chrismatis. Quoad collationem Ordinum advertendum est hoc jus pertinere ad Episcopum intra cuius Diocesis fines dicta loca existunt, juxta dictum caput 10. §. 23. aut si sint omnino extra fines cuiusque Diocesis, ad Episcopum viciniorum qui potest ea loca visitare, c. 9. §. 24. ut Sacra Congregatio censuit. Nec oblati si dicatur: Episcopi in Hispania nolunt accedere ad dictas militias ad conferendos Ordines, nam responderetur non teneri nec posse abique Prioris licentia Ordines conferre in locis dictarum militiarum, sed possunt ac debent ordinare subditos dictarum militiarum in sua propria Diocesi, aut si nolint illis dare dimissorias ad alios Episcopos ut alias fuit resolutum: unde nulla subest necessitas creandi Episcopum Titularem qui conferat Ordines in locis dictarum militiarum, quia ut prædixi, subditi dictorum locorum debent accedere ad viciniorum Episcopum pro Ordinibus vel pro dimissoriis; & ex hoc patet responso ad ponderationem factam in propositione Ecclesie Tunifensis ad votum Cardinalis Ursini. Sacramentum autem Confirmationis

non consuevit administrari singulis annis, sed rarius. Et Sententia Sacra Congregationis Concilii, Abbates nullius Diocesis possunt convocare quem maluerint Canonice Antistitem pro Chrismate conferendo. Nec decernat Episcopi Titulares, Madriti, Tolidei aut alibi quem possint convocare. Et is quem convocaverint poterit etiam in predictis locis Ordines conferre de licentia proximioris Episcopi, quatenus videretur nimis incommodum, ut subditi eandem militiarum ad eum accederent propter latitudinem territorii quod dicitur esse satis vastum; & duo milia scuta ex quibus volunt constituere dotem pro Episcopo, poterunt applicare pro expensis Episcopi quem convocabunt ad conferendum Chrismate & Ordines; & alias eadem Sacra Congregatio Concilii scripsit litteras ad Nuntium Hispaniarum, ut curaret Sacramentum Chrismatis administrare in locis nullius Diocesis per Episcopos Titulares in his partibus existentibus. Itaque nec respectu Ordinum nec respectu Chrismatis ulla subest necessitas creationis Episcopi Titularis; & hinc similiter patet responso ad rationem consideratam in eadem propositione Ecclesie Tunifensis. Nam tunc temporis verisimiliter non aderat Episcopi Titulares, quia paulo ante prohibuerat eos creati Leo X. in Concilio Lateranensi; idemque prohibuerat ipsemet Pius V. ut dictum est supra numero quadagesimo quarto & quadagesimo octavo: unde tunc subleget poterat necessitas que hodie non subest: quod indè etiam apparet, quia post Pium V. & Gregorium XV. dicte militie quatuordecim annos fuerunt sine suffraganeo.

Demum Sacra Congregatio est respondere juxta Canonicas Sanctiones.

Die 22. Martii Sacra Congregatio rerum Consistorialium, re iterum diligenter examinata, perlitit in Decretis sub die 28 Januarii 1649. videlicet quod petitur, nequaquam esse concedendum.



DE PRIVILEGIIS

Alexander III. in Concilio Lateranen.

CAPUT III.

Cum & plantare sacram Religionem, & plantatam fovère modis omnibus debeamus, nusquam hoc melius exequimur, quam si nutrire, ea que recta sunt & corrigere que profectum virtutis impediunt commissa nobis autoritate curemus. Fratrum aurem & Coepiscoporum nostrorum conquehione comperimus, quod Fratres Templi Hospitalis & alii religio indulta sibi ab Apostolica Sede privilegia excedentes, contra Episcopalem autoritatem multa præsumunt, que & scandalum faciunt & grave pariunt periculum animarum; & infra. Ecclesias igitur & decimas de manu Laicorum, sine consensu Episcoporum, tam illos, quam etiam quoscumque alios Religiosos recipere prohibemus, dimissis quascumque contra tenorem istum aliquo tempore receperunt.

Excommunicatos quoque & nominatim interdictos, tam ab illis, quam ab aliis omnibus juxta Episcoporum sententiam statuimus evitandos.

In Ecclesiis vero suis, que ad eos pleno jure non pertinent, instituendos Presbiteros Episcopis repræsentent, ut eis de plebis cura respondeant. Ipsi vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Insuper etiam inconsultis Episcopis non audeant removere.

Quod si Templarii, vel Hospitalarii ad Ecclesiam venerint interdictam, non nisi semel in anno ad Ecclesiasticum officium admittantur: nec tunc ibi speliantur corpora defunctorum.

De Confratribus hoc constituimus, ut si non se prædictis fratribus omnino reddiderint, sed in proprietatibus suis omnimodò dixerint remanendum, propter hoc ab Episcoporum suorum sententia nullatenus eximantur: sed potestatem suam in eos sicut in alios Parochianos suos exerceant, cum pro suis fuerint excessibus corrigendi. Quod autem de prædicta fratribus dictum est ab aliis quoque Religiosis, qui præsumptione sua

Episcoporum

Episcoporum percipiunt jura & contra Canonicas eorum sententias & tenorem privilegiorum nostrorum venire præsumunt, præcipimus observari. Si enim contra institutum hoc venerint & Ecclesiis in quibus ista præsumperint, subjaceant interdicto & quod egerint, irritum habeatur.

SUMMARIUM.

- 1. Religionem novam erigere pertinet ad solum Papam.
- 2. Religiosi etiam exempti non possunt Ecclesias, aut decimas recipere de manibus laicorum abique autoritate Diocesani.
- 3. Constitutio juris antiqui declaratoria trahitur, etiam ad præterita.
- 4. Interdictus & excommunicatus in una Ecclesia intelligitur ubique interdictus; & tanquam excommunicatus vitari debet etiam ab exemptis.
- 5. Religiosi in Ecclesiis sibi pleno jure non subiectis, quale jus consequuntur.
- 6. Et quale in subiectis pleno jure.
- 7. Templarii & Hospitalarii semel in anno admitti possunt ad Divina officia in Ecclesia interdicta.
- 8. Oblati non gaudent privilegiis Religionis, nisi ex toto sint transfati.
- 9. Milites Hierosolimitani extra Conventum degentes, & teneantur semel in anno conitari Presbitero Parochiali & ab eo in Paschate Sacram Communionem recipere; anve de his teneantur reddere rationem loci Ordinarii & n. seqq. usque in fin.

- 10. Parochus non est proprius Sacerdos Religiosorum, sed eorum Prelatus vel Delegatus ab ipso & n. seqq.
- 11. Milites Hierosolimitani sunt vere Religiosi.
- 12. Absolutio Sacramentalis est actus judicialis qui in non subditum exerceri non potest.
- 13. Religiosi prohibentur alteri confiteri quam propriis Prelatis.
- 14. Regulares extra Clausura degentes non subjunt Episcopo, nisi ratione delicti.
- 15. Regulares stincentes confiteri non possunt Sacerdotibus secularibus, nisi de sacram Superiorum licentia.
- 16. Monachi sive sint in Monasterio sive extra, teneantur semel in mense confiteri; & quando jaat extra, possunt confiteri Prelatis in quorum Parochia degant, vel aliis Religiosis vel Episcopis.
- 17. Nisi obtinent Constitutiones à Sede Apostolica confirmate.
- 18. Milites Hierosolimitani confiteri debent Priori vel Fratris Capellano sui Ordinis.
- 19. Milites Hierosolimitani extra Conventum degentes, qui Præcepto Ecclesie de confitendo semel in anno & communicando in Paschate non satisfaciunt, subjunt punitioni Ordinarii loci tanquam Sedis Apostolicæ Delegati.

Cum & plantare. Summarur & dividitur, ut per Joan. Andr.

Nota primò hic: plantare Sacram Religionem, ad solum Romanum Pontificem pertinere novam erigere Religionem, de quo plenius legitur & notatur. in c. si supra de Rel. dom. & in cap. unico, vob. ut. lib. 6. & hic notat Hostiensis in princ. Joannes Andreas numero secundo, Cardinalis in princ. in verbo plantare. Butrius, Anchar. & omnes in 1. notabili.

Secundò nota hic Ecclesiar, Religiosos etiam exemptos non posse Ecclesias aut decimas recipere de manibus laicorum abique autoritate Diocesani; & de hoc in c. cum Apostolica, de his qua sunt à Prelatis.

Tertio nota hic dimissis quascumque contra tenorem istum aliquo tempore receperunt. Constitutionem juris antiqui declaratoriam trahi etiam ad præterita. De quo dic ut plenè scripsi in c. Quoniam, supra de Constit.

Quarto nota in §. excommunicatos, interdictum & excommunicatum in una Ecclesia intelligi ubique interdictum & tanquam excommunicatum vitandum esse etiam ab exemptis, concordat cap. Nulli, infra de sent. excomm. & hic notat glossa in verbo excommunicatos, Host. num. quarto in eodem verbo, Butr. n. 6. Abb. in 1. not. Mar. Soc. n. 4. & ceteri omnes.

Quinto nota ex §. In Ecclesiis, quale jus consequuntur Hospitalarii & alii Religiosi in Ecclesiis que sibi non sunt pleno jure subiecte. Consequuntur enim nudum jus præsentanti & rationem de temporibus inquirendi; instructio verò & desistitudo ad Episcopum pertinent, nec valet contraria consuetudo, ut in c. 1. de Capel. Monach. lib. 6. & hic notant Butr. n. 7. Abb. n. 1. Mar. Soc. n. 6. & communiter Doctores: ergò à contrario sensu factum dicendum est, si Ecclesie sint eis pleno jure subiecte, sed hoc intelligunt Joannes Andreas n. 4. in verbo repræsentet & alii proxime citati, quando Ecclesie & populus sunt exempti. Si verò populus non est exemptus, licet Hospitalarii & Religiosi hujusmodi habeant hic jus instituendi: tamen oportet institutum representari Episcopo, ut recipiat ab eo curam populi & de illa cura teneatur Episcopo rationem reddere & hac ratione poterit Episcopus eum visitare & in visitatione quaerit ab ipso quomodo celebret populo Divina officia; & quomodo hujusmodi sacramenta ministret. De aliis autem temporalibus & spiritualibus teneatur respondere Religiosis quibus est subiectus.

Sexto nota in §. Quòd si Templarii, unum privilegium Templariorum, videlicet in Ecclesia interdicta semel in anno admittantur ad Divina Officia.

Ultimò nota in §. De Confratribus, oblato alicui ex Religiosis non potiri ejusdem Religiosis privilegiis, nisi ex toto sint transfati, eò quòd se & sua ipsi Religioni obtulerint. Alias enim remanent sub jurisdictione Ordinariarum, ut hic notant glossa in verbo Nullatenus, Innoc. ad finem in verbo eximantur, Host. num. 9. in verbo Omnino, Butr. Abbas & Mar. Soc. in ultimo not. concordat textus in c. ut privilegia Fagnan. in V. Lib. Decretal.

infra eodem; & hic dixi latissime à numero primo usque ad num. 40.

Potò cum fratres Hospitalis quandoque excedant in pluribus contra Episcopalem autoritatem & scandalum faciunt ac periculum animarum inducant, ut hic dicitur ad exemplum Episcoporum qui in Concilio Lateranensi de his graviter sunt conquehiti, quaerit Archiepiscopus Eiboren. utrum Hospitalarii seu Milites Sancti Joannis Hierosolimitani extra Conventum degentes teneantur semel in anno conitari Presbitero Parochiali & ab ipso in die Paschatis Sacram Communionem recipere.

Secundò, an de his teneantur reddere rationem loci Ordinarii.

Ad primum videtur respondendum non teneri sive jus commune sive ipsorum Militum stabilimenta attendamus, nam quod pertinet ad jus commune ex Decreto Concilii Generalis in c. Omnis utriusque, infra de penit. & remiss. statutum est ut unusquisque saltem semel in anno peccata sua proprio Sacerdoti confiteatur & in Paschate suscipiat Eucharistia Sacramentum. Sed Presbiter Parochialis seu Parochus non est proprius Sacerdos Militum Hierosolimitanorum: Ergò ipsi Milites non teneantur eidem Parochi confiteri, nec de illius manibus in Paschate, Eucharistiam suscipere.

Minor patet, quia cum Milites Sancti Joannis Hierosolimitani emittentes tria vota substantialia sint vere Religiosi, Mohed. dec. 10. de caus. poss. & prope. & scripsit censuit Sacra Congregatio Concilii: Presbiter Parochialis non potest dici proprius illorum Sacerdos, de quo loquitur d. c. Omnis utriusque. Sed Prelatus cui substat vel Delegatus ab ipso, ut probatur expressè in Extravagante Benedicti XI. Inter cunctos, §. Sed quia, de privileg. hic. Non Religiosus, qui secundum Statuta suorum Ordinum propriis Prelatis confiteri debent. Facit Extravagans Joannis XXII. Vna electiois de heret. ubi damnatur error Joannis de Politico qui adstruebat confessos Regularibus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, teneri eadem peccata que confessi fuerant, iterum confiteri proprio Sacerdoti quem dicebat esse solum Presbiterum Parochialem.

Propterea ad hoc, ut Sacerdos validè absolvere possit à peccatis, duo requiruntur de jure communi, videlicet potestas, quam in ipsa ordinatione accipiunt, ut habetur in cap. 15. in princ. §. 23. & jurisdictione in poenitentes, cum absolutio Sacramentalis sit actus judicialis, qui non potest validè exerceri in non subditum, ut est definitum à Concilio Trident. in Can. 9. §. 14. de Sacramento Penitent. ex decreto d. c. 15. additum est tertium requisitum, ut Sacerdos Parochiale beneficium habeat, vel Episcopi approbationem: Presbitero autem Parochiali quoad Milites Hierosolimitanos deficit secundum requisitum, id est jurisdictione, cum ipsi sint exempti ab omni Jurisdictione Ordinariarum, etiam ipsi degant extra conventum, ut patet in Concilio Tridentino cap. 11. vers. Exemptis tamen, §. 24. nisi in casu id. cap. 3. §. 6. ergò tantum abest, ut teneantur confiteri

K 3

Parocho, ut si de facto consecratur, absolutio nulla etque irrita sit ex defectu Jurisdictionis: nulla enim absolutio, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinatum, vel delegatum non habet Jurisdictionem, ut similiter est delictum à Tridentina Synodo, sess. 14. cap. 7. de cas. reseruat.

15. Demum supposito statu Religioso eorundem militum, idem probat efficaciter text. in dicta Extravag. 1. ter cunctus de Privileg. ubi interdictum Religiosis, ne cupiam consecrari nisi propriis Prelatis, facit text. in cap. 1. ubi, Monachus penitentiam nemini tribuat, nisi sibi invocem. 16. qu. 1. Item facit Si Episcopus, §. Nulla quoque, de peniten. & remiss. lib. 6. ubi dicitur nulla posse consuetudine introduci, ut quis Confessorem sibi eligere valeat, præter sui Superioris licentiam.

14. Neque obstat quod cum hujusmodi Milites degant extra conventum, ut supponitur in dubio subint. Episcopo etiam quoad ea, quæ ad curam animarum non pertinent, ex decreto Concilii Tridentini cap. 3. sess. 6. Quoniam responderetur ex d. cap. 3. Regulares extra conventum degentes non subesse Episcopo, nisi ratione delicti, ut patet ex verbis ejusdem Capituli ubi, si deliquerit. Equites autem Hierosolimitani, qui semel in anno peccata sua non confitentur

15. Prebitero Parochiali, vel ipso in Paschate sacram Communionem non suscipiunt, minime delinquent, dummodo alias eorum proprio Sacerdote & in suis Ecclesiis præcepto Ecclesiæ satisfaciunt, ut dictum est; & sic quoad Sacramentum non fortuitur ferum Ordinarij. Debent enim confiteri suis Prioribus, vel Capellanis, vel alteri de ipsius Prioris licentia ut inferius dicitur. Sicut videmus alios Religiosos itinerantes non posse peccata sua confiteri Prebitero seculari, nisi de suorum Superiorum licentia & absolutionem alter factam esse ipso jure nullam ut pluribus probat novissime Ludovic. Miranda in Manuali Prælator. to. 2. q. 33. art. 6. in 1. concl. dicens; generali consuetudine Religionum receptum esse, ut iter facturi prius à propriis Prelatis facultatem obtineant sibi Confessorem eligendi & ibi refert non solum plura privilegia Sexti IV. Leonis X. & aliorum Summorum Pontificum quibus sit facultas Religiosis itinerantibus eligendi confessorem fed etiam speciale prohibitionem Clementis IV. & Bonifacii VIII. ne quis ex Fratibus Minoribus, excepto mortis articulo, aliis, quam ejus Ordinis Sacerdotibus confiteatur.

16. Adverte tamen, quia in prædictis aliter videntur sentire DD. in Clem. Ne in agro, §. Sanè, de stat. Monach. ubi in specie Petr. de Anch. num. 5.

Nota, inquit, quod sive Monachi sint in Monasterio, sive extra, tenentur semel in mente confiteri, & quando sunt extra, possunt confiteri Prelatis, in quorum Parochia degunt, vel aliter Religiosis ad hoc deputatis per Dialecticum: allegat cap. 1. 16. qu. 1. Clem. Dudum, de sepals. quæ tamen jura hoc non probant. Possunt etiam secundum eum confiteri Episcopo iocivis Prelatis, ut notat Archid. in cap. qui resistit, num. 6. 11. quæst. 3. ubi dicit se non credere Abbatem posse prohibere Monacho, ne confiteatur Episcopo, vel Penitentiaro ejus: & hoc idem, quia Episcopus est Ordinarius singulorum, qui sunt in sua Diocesi. Hoc tamen limitat, nisi secus sit expressum in Constitutionibus Monachorum, quæ confirmate sint à Papa. Nos veramur in casu hujus limitationis, ut constat ex dictis supra num. 13. & 15. & mox subjicimus.

Quod spectat ad stabilitatem Ordinis S. Joannis Hierosolimitani res sit magis clara: nam in eis expresse interdictum militibus, ne alteri cupiam confiteatur, quam Priori, aut alicui Capellano ejusdem Ordinis, nisi de ipsius Prioris licentia, vel eo absente, de licentia Superioris, ut habetur in tit. de Ecclesiis, statuto 7. pag. 23. Quæ quidem stabilitatem cum à multis Summis Pontificibus fuerint confirmata, sunt omnino observanda, ut per Archid. loco citato, cum præsertim non sint contraria Decreto Concilii Tridentini sess. 23. cap. 15. quod nihil statuit de penitentibus Regularibus, imò se restringit ad confessiones secularium & consonant Sacrorum Canonum dispositioni, ut ex dictis constat. Quibus etiam accedit Constitutio 9. Pii IV. Circumspecta, in Bullar. tom. 2. pag. 9. quæ in §. 19. tribuit facultatem fratribus Capellanis Ordinis Sancti Joannis Hierosolimitani militum, & ipsorum familiarum confessiones audiendi, illisque Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum administrandi.

Ad secundum respondetur Milites extra conventum degentes teneri omnino reddere rationem Ordinarij, quod annuæ confessionis & communionis præceptum adimpleverint: nam cum omnes Christi fideles ardeant præcepto d. 19. c. Omnis totiusque, de pen. & remiss. utique si Milites Hierosolimitani illud non adimpleant, graviter delinquant. Ratione autem delicti degentes extra conventum subsunt visitationi, punitioni & correctioni Ordinarij tanquam in hoc à Sede Apostolica delegati, ut in dict. cap. 3. sess. 6. & ita aliter re diligenter examinata, respondit S. Congregatio Concilii, quæ hujusmodi delictum etiam connumeravit inter graviora.



DE PRIVILEGIIS

Cælestinus III. Abolen. Episcopo.

CAPUT X.

Patentibus litteris certificari desideras, utrum Templariis, Hospitalariis & aliis Oratoria domibus suis habentibus liceat campanas in eis ponere, publicèque pulsare: Respondemus autem consultationi tuæ, quod non liceat eis hoc agere, quin potius per te, per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, coercendi sunt, ut ita sint suo jure contenti quod justitiam non impediatur aliorum.

SUMMARIUM.

- 1 Campanas in Oratoriis privatis publicè teneri non possunt.
- 2 Campanas habere in loco publico, & elevato est signum loci publici & sacri.
- 3 Hospitalia & Oratoria cum non apparent constructa auctoritate Episcopi, ex quibus signis præsumantur publica vel privata.
- 4 Exempti delictum si extendit vires suas, & effectum extra locum exemptum, licet committantur in loco exempto, potest per Ordinarium puniri.
- 5 Declaratur.
- 6 Religiosi an liceat in eorum Oratoriis vel Monasteriis unam, vel plures habere campanas & numer. seqq. usque in finem.
- 7 Intellectus cap. Nimis iniqua, de excessib. Prælat. & num. 13.
- 8 Concessa omnia videntur, quæ non inveniuntur prohibita Declaratur n. 14.
- 9 Unicusque licet in suo facere quod vult; dummodo nihil in alienum immitat, etiam per hoc alius ledatur: quod intelligitur de unimissioni rei corporalis n. 17.
- 10 Campanarum plurium quæ sint causa & n. 12. & 22.
- 11 Causa rei effusa rei suam imponit, & perseverans eam ampliat & extendit.

- 12 Campanarum sonus est adveniens ad convocandum populi multitudinem, ad audiendum verbum Dei & n. 22.
- 13 Singularitas non semper pluralitatem excludit.
- 14 Taxativa dictionis non semper in oratione subaudiuntur.
- 15 Fumus enumeratur inter corporalia.
- 16 Mendicantibus post Extravagantem Joannis XXII. Quia cunctos, non licet in suis conventibus habere nisi unam campanam & num. 25.
- 17 Et quid si unam habeant pro se, & aliam pro universitate.
- 18 Et quid si antea plures habuerint sine contradictione & num. 26.
- 19 Et quid si ita habeat consuetudo n. 27.
- 20 Et quid si habeant parochias n. 28.
- 21 Campanas habere, & privatim pulsare non est prohibitum Religiosis in eorum officini, & in privatis Oratoriis & n. 24.
- 22 Campanam in privato Oratorio Religiosis publicè tenere & pulsare non licet.
- 23 Pluralitas quandoque resoluitur in singularitatem.
- 24 Parochiales Ecclesie si campanas tres, videlicet grandiorum, mediam & minimam habere non possint saltem duas debet habere.

Patentibus. Religiosi in domibus privatis, licet sint hic privata oratoria, non possunt habere campanas, hoc dicit Joann. Andr. Butr. Cardin. & Anchar. vel sic secundum Abb. & Marian. Soc. in oratoriis privatis campanæ publicè teneri non possunt etiam per Religiosos, & sunt duæ partes, consultatio & responsio, secunda hic, respondemus.

Nota primò ex hac littera in loco publico, seu elevato habere campanas, & publice pulsare, esse signum loci publici & sacri, ut hic notat Anton de Butr. n. 3. Abb. Mar. Soc. & Dec. omnes in 1. ner. & idem Butr. in cap. ult. n. 5. supra de censib. inferentes ex hoc ad declarationem questionis quotidianæ, an hospitalia vel oratoria in dubio censentur publica vel privata, cum non appareat, an auctoritate Episcopi sint constructa: nam si hic est campana elevata, quæ publicè pulsatur, signum est ea esse publica, & Episcopo subiecta & idem dicitur si hic celebratur: sunt enim ista signa loci publici; arg. cap. Unicusque, & seq. de consecr. dist. 1. & notat Arch. in c. Nemo, n. 3. vers. Ubi autem dicitur est, ead. dist. & plenius idem Abb. in c. Inter dilectos, n. 1. vers. Sed contra hoc, de donationibus, & late consulit Federic. de Sen. conf. 130. Factum est tale, Quasdam domus per tot. Adverte tamen quia actus solius celebrationis Missæ necessario non concludit locum esse publicum, ut probat text. in d. c. ult. ubi dicitur in oratoriis privatis interdum celebrari; & sic non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse, c. 1. de translat. Episc. & l. Neque natales, C. de probationibus quod dicit esse notandum Abbas in d. c. ult. n. 1. vers. Item nota: intelligitur ergo celebrationem Missæ signum esse loci publici, & sacri, si actus celebrationis sit publicus, ita ut omnes indifferenter admittantur, prout intelligunt Archid. in d. c. Nemo n. 3. & declarant Butr. in dicto c. ult. in tertio quot. & Abb. n. 1. de censib.

Secundò, ex hac littera colligitur Ant. de Butr. n. 5. quod ubi delictum exempti extendit vires suas, & effectum extra locum exemptum, licet committatur in loco exempto, nihilominus potest per Ordinarium arceri & puniri: nam campanæ non pulsantur nisi propter auditum; & quamvis pulsantur in loco exempto; tamen propter sonum extenditur turbatio ad locum non exemptum: ad quod facit c. Tuarum supra eod. concordant hic Abb. n. 4. vers. in gloss. 2. qui pluribus hoc confirmat & Marian. Soccin. in ult. notab. Quod prout verum nisi privilegium exemptionis sit concessum etiam ratione rei litæ, contractus iniuri, & delicti commissi extra locum exemptum, sicut sunt hodie exemptiones Religiosorum ferè omnium, ut plenè scripsi in d. c. Tuarum, d. n. 18. usque ad n. 25. Tunc enim etiam campanæ pulsarentur in ipsomet loco non exempto, tamen exempti non possent ab Ordinarij puniri, quia hujusmodi exemptiones speciales non sunt subiate per c. Volentes de privi. lib. 6. ut ex facto respondit Gem. conf. 72. Quia articulus iste n. 1. col. 3. in principio. vers. Inferitur secunda conclusio, & dixi in præallegato c. Tuarum n. 16. & seqq. infra eod.

Quæro, generaliter, an Religiosi possint in suis oratoriis unam vel plures habere campanas.

Difficultas versatur in consuetudine hujus Decretalis, ubi hoc prohibetur, cum c. Nimis iniqua, supra de excessib. Prælat. Ubi recensentur inter alia gravamina Fratibus Præ-

dicatoribus illata, quod non permittantur in eorum oratoriis afferre Eucharistiæ Sacramentum, nec habere campanam.

Pro solutione dantur tres intellectus. Primus est Goffredi in d. c. Nimis iniqua, quod ille textus loquitur de oratoriis publicis, quæ sunt in Monasteriis Religiosorum; hoc autem cap. de oratoriis existentibus in eorum domibus privatis vel grangis, & hic intellectus est satis amicus litteræ, & magis placet Abbati hic n. 5. vers. Et quamquam primus intellectus Goffredi multum mihi placeat, & Marian. Soccin. n. 10. vers. Dicit Dominus meus.

Secundus intellectus est Innocentii hic videlicet quod textus in d. c. Nimis iniqua, procedat ex privilegio vel gratia speciali: hæc autem Decretales de jure communi.

Tertius intellectus est Host. hic n. 2. qui exponit verbum campanas; scilicet plures, 1. Ubi numerus, ff. de test. Pluralitas ergo, & pulsatio publica hic reprobandur, sed unicam habere campanam non est eis prohibitum: & ita procedit text. in d. c. Nimis iniqua, qui singulari loquitur hic, nec sustinentes eos habere campanam, & sic licet Religiosis habere unam, sed non plures, ut in hac littera; & Host. sequitur Arch. in c. Quidam in fine 18. q. 2. quod dicit perpetuo notandum Abb. hic n. 5. vers. Vel tertio, secundum Host. & potissimum pro Mendicantibus qui tenent plures campanas ita ut eorum loca videantur principiora in civitate, n. 11. enim possunt de jure communi tenere nisi unam, idque debet eis sufficere cum populum non habeant, & hoc secundum eum servant Fratres Minores de Obervantia, pro quibus facit Clem. Exivi de Paradiso, §. Licet verò, vers. Hinc est etiam, & vers. Quamvis etiam, de verb. signific. sequitur Joann. de Selva in tract. de benef. part. 1. quæst. 5. num. 101.

Porro fuit olim magna litis in Curia Romana utrum Fratres 8 Predicatores possent habere plures campanas; & dicebatur posse. Primò ex regula, quæ dicit consuevit, omnia videntur concessa, quæ non probantur prohibita, l. Statu. C. de relig. & sumpt. saner. l. Nec non §. Quod eis, ff. Quib. ex caus. majorit. l. Ab ea parte, ff. de probat. Secundò, ex alia regula, quæ habet unicuique licere in suo facere, quod vult, dummodo nihil in alienum immitat. l. Sicuti §. Arresto, ff. si servit. vindictæ; etiam per hoc alius ledatur, dolose non faciat, ut l. Fluminum, §. ult. & duabus legib. seqq. de dam. infest. l. 1. §. Item ait, & §. Duntaxat Marcellus, ff. de aqua plu. arc. Tertio, quia causa pluralitatis campanarum est honor Sanctorum, decor cultus divini, & convocatio populi. Sed istæ tres causæ subsunt in Ecclesiis Predicatorum: ergo & jus pluralitatis campanarum, quia sicut causa rei cessans, rei suam imponit, ita & preservans, eam ampliat, & extendit, l. Plane, ff. de oper. liber. l. Adalter, ff. de Adalter. l. Adigere, §. Quamvis, ff. de Jurapatron. & cum paris similitudine malitia sint, justum & compton videtur eisdem privilegio gloriari, l. ult. C. de Palatin. Sacrar. largit. lib. 12. Et quod sonus campanarum sit adveniens ad convocandum populum, sive populi multitudinem ad audiendum verbum Dei, satis innuitur Numer. capit. 10. hic, Fac tibi tubas & dactiles, quibus convocare possis multitudinem, & infra: ubicumque increpaveris tubis, congregabitur ad se omnis turba. In contrarium allegabatur hoc capit. ubi prohibetur campanarum pluralitas etiam Religiosis: & c. Nimis iniqua, de excessib. Prælat. 13